




SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650.
CHRISTO
ET
ECCLESIAE

M. ACCI PLAUTI
MILES GLORIOSUS.

Cum notis
ſuperiorum interpretum ſelectis
atque ſuis


edidit

Jo. Traug. Lebr. Danz,
Philoſ. Doctor et Scholae Jenenſis Rector.

Praemiſſa eſt epiſtola ad Eichstadium,
Prof. Jenenſ.

Vinariae
in bibliopolio Gaedickiorum
MDCCCIV.

1784


K. U. & L. B.
DUBLETTE
STRASSBURG

HENRICO CAROLO ABRAHAMO EICHSTADIO,
in Academia Jenensi
Professori eloquentiae celeberrimo
S. P. D.
Jo. Traug. Lebr. Danz.

Editio Comoediae Plautinae, quam Tibi hic offero, Vir humanissime atque doctissime, non sine magna ad Te accedit modestia. Non enim ea est, quae se Viro in his literis versatissimo, atque omni ad emendandos interpretandosque autores veteres copia instructo, qualem ego Te — et quis non mecum? — veneror, de meliore nota commendare possit; et ego re vera editoris gloriosi personam agerem, a qua totus abhorreo, si de hac mea qualicunque opella multa, eaque magna, praedicare magnoque oris hiatu promittere vellem. In tenui labor fuit, et tenuis, si quid exspectandum mihi est, erit gloria. Sat habeo, si Tibi non

plane displiceam, et si munus hocce perexiguum magis ex animo meo, quam e dignitate Tua spectare atque aestimare lubenter velis.

Ne vero ignores, quod in edenda hac Fabula consilium sequutus sim, et in quo prae caeteris laboraverim, paucis Tibi, Vir humanissime, rem omnem aperiam.

In vsum eorum, qui quam facillimo negotio perlegere Comoediam aliquam Vmbri Sarsinatis cupiunt, in lucem a me editus est iste, isto ornatu, Miles. Curavi igitur, vt omnia, quae, a proposito aliena, celeritatem legentium retardare quirent, removerentur, et ea tantum textui subjicerentur, quae ad sententiam poëtae eruendam facerent, ratione praesertim sermonis Plautini et actionis theatralis habita. In eo labore adfuerunt mihi quidem interpretes superiores cum suis annotationibus, quas selectas hic dedi; sed vbi vel ab eorum vestigiis recedendum esse mihi visum est, vel vbi explicationes eorum idoneis carere rationibus censui, ex meis, quoad potui, meliora adferre conatus sum. Quod vero nomina autorum, quorum diligentiae atque doctrinae aliquid debeo, non addiderim, id sedulo et re bene pensitata factum a me est, ne scilicet juvenilis animus,

autoritate nominum captus, libertatem in dijudicando vero falsove amitteret. Ita enim plerique homines sunt comparati, vt facilius se ad sententiam virorum, quibus student, componant, quam ipsi sentiendi faciant periculum.

In textu describendo ante oculos positam habui editionem Gronovianam, Lipsiae repetitam, sed non vno loco ab ea recessi, partim lectionem veterum editionum revocans, quae inepto modo a subsequentibus editoribus erat abjecta, partim lectionem ejus emendavi e conjecturis Criticorum, et ejus praesertim, qui non solum ab ingenii sagacitate, et ab intima cognitione naturae, vt ita dicam, Plautinae, sed etiam a legum metricarum accuratiori scientia et a multis aliis dotibus, qui Criticum in conaminibus suis adjuvant, non satis laudari potest, Valentis Acidalii. Qui quidem vnus in Corpore divinationum et interpretationum in Plauti Comoedias, plus attulit salutis Comicorum principis aegrotanti textui, quam longa illa Criticorum caterva, qui opera sua saepe magis onerarunt, quam ornarunt poetam Nostrum, quod et vidit et non siluit Hermannus, Prof. Lips. in Praefatione ad Trinummum pag. VII.

Scenis argumenta praefixi, breviora longiora, quibus, ne forte in demonstrationes longas

atque explicationes artis comicae excurrerent, id finium posui, vt tantum se in enarrandis iis continerent, quae scena qualibet aguntur. Versuum vero numerationem per totam Fabulam continuavi, eundem in hac re, quem supra laudavi, Hermannum praeceptorem sequutus.

Sed cum editoris sit, mutationes textus vulgati, si quas tentaverit, indicare, id vero in Notis pro consilii ratione a me omissum sit, en Tibi, Vir doctissime, κατάλογον earum, quas ego periclitatus sum, nec non specimen conjecturarum quarundam, quae inter tractandum Militem magis sponte obviam se mihi obtulerunt, quam a me quaesitae sunt. Judicio Tuo acri tersoque ad vnam omnes submitto, tanti eas tantum faciens, quanti Tu eas aestimabis.

Statim in titulo nostrae Comoediae haesitavi. Eum in mendo cubare jam vidit Lessingii sagacitas, Hamburg. Dramat. T. I. p. 164., sed quam Vir magnus iniit emendandi rationem, eam quidem non omnino probo. Non enim *Militis* vocabulum appositum mihi videtur ad *Gloriosus*, vt eo denotetur species quaedam Gloriosorum, sed et ipsum pro titulo habeo, cum Miles primas agat partes. v. Terent. Phorm. Prol. 26. 27. Legendum ergo est, si quid video, *Miles sive Gloriosus*, vel potius *Gloriosus sive Miles*.

Sic Euripidis Δεσμῶτις ἢ Μελανίππη non est *Captiva Melanippa* sed *Captiua siue Melanippa*, Menandri Ἀρρηφόρος ἢ Αὐλητρίς non *Inaudita nuncians Tibicen* sed *Inaudita nuncians siue Tibicen*, et Diphili Εὐνοῦχος ἢ Στρατιώτης non *Eunuchus Miles* sed *Eunuchus siue Miles* etc. etc. Quod vero in Prologo ipso vs. 87. titulus Fabulae ponitur *Gloriosus*; id quidem nil facit adversus sententiam nostram. Saepius enim factum est, vt Comoediae alio vocarentur nomine, quam quod Poëtae in Prologis ipsis praepositis dederant. v. Prol. Poen. 53. 54.

Vs. 8. *Frutrem facere ex hostibus.* Omnium, quae ad h. l. allatae sunt, conjecturarum, nulla fere est, quae assensum, meo quidem judicio, mereatur. E culina petitum *factum* in culinam reponamus: non enim decent Militem, et quidem gloriosum, quae Parasitorum sunt. Alia taceo. Fortasse legendum: *fabulam facere ex hostibus* i. e. ad nihilum redigere hostes, vel ita interficere hostes, vt sint fabula narrantium. Horat. Epod. XI, 6. *Heu me! per vrbem (nam pudet tanti mali) Fabula quanta fui.* Tibull. II, 3, 31. *Fabula nunc ille est*, et I, 4, 83. *Parce, puer, quaeso, ne turpis fabula fiam.* Cf. Pseud. I, 5, 4. et Ter. Heaut. I, 2, 16. Aliquando etiam apud Graecos δρᾶμα

atque explicationes artis comicae excurrerent, id finium posui, vt tantum se in enarrandis iis continerent, quae scena qualibet aguntur. Versuum vero numerationem per totam Fabulam continuavi, eundem in hac re, quem supra laudavi, Hermannum praeceptorem sequutus.

Sed cum editoris sit, mutationes textus vulgati, si quas tentaverit, indicare, id vero in Notis pro consilii ratione a me omissum sit, en Tibi, Vir doctissime, κατάλογον earum, quas ego periclitatus sum, nec non specimen conjecturarum quarundam, quae inter tractandum Militem magis sponte obviam se mihi obtulerunt, quam a me quaesitae sunt. Judicio Tuo acri tersoque ad vnam omnes submitto, tanti eas tantum faciens, quanti Tu eas aestimabis.

Statim in titulo nostrae Comoediae haesitavi. Eum in mendo cubare jam vidit Lessingii sagacitas, Hamburg. Dramat. T. I. p. 164., sed quam Vir magnus iniit emendandi rationem, eam quidem non omnino probo. Non enim *Militis* vocabulum appositum mihi videtur ad *Gloriosus*, vt eo denotetur species quaedam Gloriosorum, sed et ipsum pro titulo habeo, cum Miles primas agat partes. v. Terent. Phorm. Prol. 26. 27. Legendum ergo est, si quid video, *Miles sive Gloriosus*, vel potius *Gloriosus sive Miles*.

Sic Euripidis Δεσμῶτις ἢ Μελανίππη non est *Captiva Melanippa* sed *Captiua siue Melanippa*, Menandri Ἀῤῥηφόρος ἢ Αὐλητρίς non *Inaudita nuncians Tibicen* sed *Inaudita nuncians siue Tibicen*, et Diphili Εὐνοῦχος ἢ Στρατιώτης non *Eunuchus Miles* sed *Eunuchus siue Miles* etc. etc. Quod vero in Prologo ipso vs. 87. titulus Fabulae ponitur *Gloriosus*; id quidem nil facit adversus sententiam nostram. Saepius enim factum est, vt Comoediae alio vocarentur nomine, quam quod Poëtae in Prologis ipsis praepositis dederant. v. Prol. Poen. 53. 54.

Vs. 8. *Fratrem facere ex hostibus.* Omnium, quae ad h. l. allatae sunt, conjecturarum, nulla fere est, quae assensum, meo quidem judicio, mereatur. E culina petitum *factum* in culinam reponamus: non enim decent Militem, et quidem gloriosum, quae Parasitorum sunt. Alia taceo. Fortasse legendum: *fabulam facere ex hostibus* i. e. ad nihilum redigere hostes, vel ita interficere hostes, vt sint fabula narrantium. Horat. Epod. XI, 6. *Heu me! per vrbem (nam pudet tanti mali) Fabula quanta fui.* Tibull. II, 3, 31. *Fabula nunc ille est*, et I, 4, 83. *Parce, puer, quaeso, ne turpis fabula fiam.* Cf. Pseud. I, 5, 4. et Ter. Heaut. I, 2, 16. Aliquando etiam apud Graecos δρᾶμα

γίνεσθαι i. e. *fabulam fieri*, de eo dicitur, qui in summam calamitatem inciderit. v. Casaub. in Comment. ad Pers. Sat. p. 450.

14. Post verba „ἄρχομαι, *impero*" ex incuria typographi omissum est, quod in margine scriptum erat; nomina vero propria saepius, praesertim apud Comicos, patronymicorum habent formam. v. *Sturz* de nominibus Graecorum.

18. Pro *panniculam tectoriam*, qui pannus a Turnebo Comico nostro assutus est, revocavi lectionem veterum editionum et MSS. Camerarii *peniculum tectorium*.

24. Conjecturam Gronovii in textum recepi. E lectione enim Varroniana: *si unum epityrum edam apud illum esuriens insane bene*, cui paucis mutatis nimium favet Acidalius, et ex insaniis MSS. nullus alius sensus, nisi ineptissimus, elici potest. Nil dicam de metro, adversum quod pertinaciter pugnant.

34. Vulgatum *peraudienda* cum Pareo mutavi in *perhaurienda*, qua lectione nulla facile potest esse Plautinior.

38 — 41. Hosce quatuor versus inter loco suo motos referre, nullus erubesco. Non enim video, qui fiat, ut Miles nunc de tabellis quaerat, cum earum demum vs. 73. denuo fiat mentio. Fortasse post vs. 47, vel, quod magis placet,

post vs. 71. inserendi sunt. Sed judicent peritiores. Certe h. l. sine vllo sensus detrimento abesse possunt.

54. Verba *at peditatus reliquiae erant* e conjectura dedi Pyrgopolinici, quae in vulgatis continuantur Artotrogo. Multo facilius ita interrupta fluit oratio.

64. *Vide, caesaries quam decet.* Ita cum Johanne Coloniensi pro vulgato *et liberalis visus. Caesariés quam decet.*

88. *Miles meus est herus.* Haec est lectio veterum editionum, quae, quare a sequentibus editoribus mutata sit in *inde Miles meus herus* nullam idoneam video caussam.

113. *Avehit* pro *advehit*, vt editt. vett.

114. Quam dedi, ea est Acidalii lectio. Gronovius vt vulgo: *Ego quantum vivus possum, mihi návem paro.*

122. *Athenis, quae fuit.* Cf. vs. 127 et 132. Suspicor, in vno horum versuum vitium latere. Toties enim repetere *Athenis, quae fuit, Athenis, qui fuit, qui Athenis fuerat*, cum copia Plautina minime convenire mihi persuasum habeo.

136. *Itaque.* Fort. leg. *atque* vel *isque.*

148. *Hinc huic mulieri.* In exempl. Gronov. *hinc* omissum est, forte ex incuria.

150. *Invicem.* Ita Acidalius; vulgo *vicem.*

153. *Sublinitur* pro *fublinitum eſt*, eodem Acidalio autore.

169. Huius verſus lectionem vulgarem *Aggrediar hominem eſtne adverſum? eſt quaſi collaturus pedem*, quae omnibus friget membris, et vix ac ne vix quidem ferri poteſt, e conjectura mutavi, vti legitur. Poſt *anne* ſcilicet, oratio eſt abrupta, et ſubintell. vel *recedam ab illo*, vel ſimile quid. *Anne* vero pro *an* vel centies apud Plautum invenitur.

177. Vulgo: *Heus, quid agis tu, inquam, in tegulis?* Gronovio debetur, quam dedi, lectio.

181. *Videat* et vſ. ſq. *familiaris*, Coddi MSStis praeeuntibus, pro *videant* et *familiares*.

191. *Falſificum*. Fort. leg. *falſidicum*: nam inter falſiloquum et falſijurium medius quaſi eſt falſidicus. Adde, quod *animum falſificum*, *deilenifiea facta* et *moles maleficas* male aures offendant.

194. *Moles maleficas*. Ita Codd. MSS. Salmaſii. Quod legitur in Gronov, *mores maleficos* emendationem olet,

205. Noſtra lectio hauſta eſt ex editt. vett., et omnino proba. Gronovius: *ita vehementer, quod tactu aegre ſuppetit.*

208. *Expromet* pro *expromit* cum Acidalio.

217. *Anseriatus* magis ad ductum librorum MSS., qui omnes fere legunt *anseriatus*, dedi pro *au! feriatus*.

228. *Moenis* pro *munis* ex ingenio, quod Plautinius. Ita *moenitus* pro *munitus* Bacch. IV, 9, 2. Truc. II, 2, 55. Isidorus; *moenit*, struit, aedificat.

242. *Siet* pro *sit*, ob metrum, revocavi e vett. editt.

259. *Equidem et ego ibo domum*. Ita legere ob metrum suadet Acidalius pro vulg *et quidem ego ibo domum*, quem secutus sum.

274. *Malam rem quaerere* pro *alium quaerere* autoritate Bentleji, qui ita legere nos jubet in Not. ad Terent. Phorm. III, 3, 11.

298. *Tu ei custos additus*. Leg. cum Acidalio *tu custos additus, eo perieris* ut respondeat ei, quod in praecedente versu: *hoc perieris*.

335. Post verba *age face* ex editt. vett. addendum est verbum: *volo*, vt perfectior sit versus.

356. *Mihi sola ego supersum*. Hanc lectionem praebent editt. Colon., Florent. et Aldina. Vulgo: *mihi solae e quo superfit*, quod etiam vulgo tantum placere potest.

364. *Maxumi* pro *maxume* c. Acid.

366. *Tuten'* pro *tu*, ob metrum.

370. *Ego stulta moror multum* pro *ego stulta et mora multum* e libris MSS. Meursii. Fortasse a prima Plauti manu fuit: *ego mora moror multum*.

386. Personarum nomina a me mutata sunt. Quae Sceledri in vulgatis erant, dedi Palaestrioni, cui melius conveniunt.

392. *Perperam fuisse*. Lectio antiqua pro *perperam falsum esse*.

394. Ex antiq. addidi *quam*, quod deest in Gronov.

393. *Censeo* pro *censebo*. Douza.

402. Acidalii debetur ingenio, quam exhibui, lectio. Vulgo: *Nae tu hercle*, *opinor*, (*obsecro*, *Resipisce*) *si ad herum* etc.

417. Delevi *nunc*, quod etiam deest in libris vett., vt metrum valeat.

425. *Men' rogas*, *homo qui sim?* Nil verius excogitari potest, hac Acidalii, conjectura. Vulgatum *Men' rogas*, *hem*, *qui sim?* nemo facile feret.

435 *Injuria es* pro *injuria est*. Douza.

447. *Siet* pro *sit*, metri causa.

450. Vulgata lectio *Athenis domus ac herus* multa a Criticis passa est. *Herum* e finibus hujus versus exterminandum esse omnes fere clamant, et ego me ad horum sententiam confor-

mo. Quod vero substituunt non est sciti sapotis, vt mihi quidem videtur. Pistoris *atque heus*, quod in margine notavit Gronovius, et Sam. Petiti (Miscell. II, 5.) *domus acheruns*, praeter autores, vix habebunt, qui assentiat. Quod a me excogitatum est a facilitate certe se commendaturum esse spero. Cf. Terent. Andr. I, 5, 53. Phorm. II, 3, 46. et ipse Plautus Mostell. I, 3, 53. Bacch. II, 2, 17.

456. *Hoc facere* pro *facere hoc*.

461. Verbis: *sed quomodo dissimulabat* Adscripsi Sceledri nomen, quod sine dubio excidit.

472. Pro *metus* leg. *metuo*.

481. *Quasi si non* pro *quam si*. V. Acid. ad Trin. II, 4, 8.

501. *Supplicium virgeum*. Ita Bentlejus ad Ter. Andr. IV, 2, 53. pro *supplicium virgarum*.

516. Vulgo: *Nisi istaec non est haec, neque ista sit mihi*. Quae hic invenitur lectio ex editt. antiqq. petita est.

518. Vocula *est*, quae in vulgatis post *ita* locum suum obtinet, ob metrum post *similis* posita est, ita suadente Acidalio.

571. *Ne me moveris*. Conquieverunt editores in ea, quam exhibent libri vulgares, lectione: *ne me noveris*, quam vero pro genuina habere, nullo modo a me impetrare possum.

Quomodocunque enim haec verba explicamus, Periplectomenes admodum incaute rem suam gessisset, talia pronuncians. Quare mutandam eam esse censui. *Moveris* autem pro *commoveris*. V. Terent. Adr. II, 6, 25. Pers. Sat. III. 57.

591. *Obstito sunm* pro *sortito suam*, vti vult Salmasius.

595. Ante hunc versum vnus ejectus est, qui sine omni dubio spurius est, quique ita sonat: *Vnde inimicus ne quis nostra spolia capiat muribus.* Qui vero sequuntur versus transpositi et emendati, ad mentem Acidalii sunt; nisi quod pro *nam* vs. 598. posui *jam.*

609. 610. Vulgo: *magis ad rem esse non potest vtibile. Pa. Imo, quid tibi, Pleusides? Pl. Quod vobis placeant, displiceat mihi.* Vt nos, metro et sensu suadentibus, Acidalius.

616. *Enque* pro *en te*, ad modum vett. editt.

627. *Neutiquam ingenio est senex* mutavi in *neutiquam ab ingenio est senex*, vt lectio magis sit congruens ei, quod habent MSS., monente Schoppio.

634. *Nam nisi qui ipse amavit* pro *nam qui ipse haud amavit.* Gruterus.

635. Post *humbrisque* ejeci *meo*, quod vett. editt. non habent, et quod turbat versum.

646. Versum qui hunc sequitur: *neque ego ad mensam publicas res clamo, neque leges crepo*, qui deest in MSS., abesse curavi.

655. Acidalii lectionem praetuli vulgatae: *Lepidiorem ad omnes res nec qui amicus amico sit magis*, metri caussa.

671. Vt in nostro libro editt. vett., Gronoviana: *Deum virtute vt transeuntem hospitio* etc.

680. Vocem *cuipiam* addidi ad sanandum metrum.

687. *Faciat* pro *farciat*. MSS.

688. *Praecantrici* pro *praecantatrici*, Salmas. ob metrum.

691. *Geraria* pro *cerarla*.

710. *Certatim nutricant et munerant* ste e Cod. Vatic. pro *certatim dona mittunt et munera*, quod glossam sapit.

711. *Nimisque aperta* pro *nimiumque ad te et tua*. Acidal. Sed vide sis, an non legendum sit *operta*.

715. Duo versus, qui desunt in MSS., hunc sequentes ejeci.

735. *Interest domum illius* Acidalius pro *immorabitur*, quo turbatur metrum.

761. *Huic amanti ad Philocomasium*, vt in Membr. et in vetustiss. editt. pro *huic amanti ac Philocomasio*.

771. *Scio te non mentirier.* Lectio antiqua pro *cupiunt non mentirier.*

776. *Aequi* pro *aeque* Lambinus ex ſuis MSS.

783. *In matronarum modum* libris vett. ſuadentibus pro *matronarum modo.*

786. *Prime cata* pro *primaria.* MSS.

789. Poſt *faveae ſuae* vulg. editt habent *ancillae*, quod, quia gloſſa, abeſſe juſſimus.

792. *Ego recte dabo Militi* pro *ego recte meis Dabo.* Acidal.

809. Lectio recepta: *te vocat Palaeſtrio.* MS. Camer.

815. Poſtulante verſu omiſi *unam* poſt *nardini.*

836. *Promtet* pro *promat*, ſuadentibus MSS.

852. Pro *ne dixeritis, obſecro, huic* veterem verborum ordinem reſtitui: *ne dixeritis huic, obſecro.*

859. *Dum ab ſe huc transiret.* Ita Gronovius, Camerarium ſecutus, Quam nos dedimus lectionem, exhibent libri antiqui.

868. Vulg. *inſulſa atque*, mutavimus in *inſulſitasque*, quod Acidalius excogitavit, et quod ſine dubio multo elegantius eſt vulgato.

880. *Nequeant* pro *nequeunt.*

881. Legitur in vulgatis: *quo venit nobis. Quod* debetur Acidalio.

886. *Incedis* pro *incedit*, vt editt. quaedam vett.

894. *Ad tua praec.* — *nihil ipse* pro *at tua praecepta: de meo nihil his novom appos.* cum editt. vett.

899. *Caretur* pro *geratur*. MSS. et editt. priores.

902 Ad vocem *verbis* affixi voculam *nunc*, quam habent Veteres, quaque suffulcitur metrum.

911. Vulgo: *Rogare mirum est. Populi odium quidni noverim?* Auctor nostrae lectionis est Janus Gulielmius.

924. *Acciebo* pro *accibo*, versus caussa, vt Vett.

928. Pro *abs se* scripsimus *eapse*.

929. Vulgo: *Ac. Confido confuturum.* Nos cum Codice Aldino, quasi Periplectomenes loqui pergeret, *ac confido confuturum*.

948. Ob metrum, duce Acidalio, transposuimus et emendavimus verba huius versus, quorum vulgaris ordo et lectio: *Eius nunc mihi annulum ad te ancilla, porro vt deferrem, dedit.*

957. *Ab illo hinc cupit abire* pro *ab illo incipit abire.* Florent.

969. In fine versus, ad sanandum ejus metrum, e sequenti repetivi vocem *placet*.

979. *Hos* pro *hoc*.

984 Lectionem Vulg. *domo si ibit, ac dum huc transibit* recte Acidalius pro spuria et spurca habuit, et, vbi formis exscriptum est, emendavit.

1012. Delevi Palaestrionis nomen ante verba: *quasi hunc depereat*, et verbis Milphidippa praefixi.

1015. *Contra* pro *cetera*, vt Vett.

1031. Vulgo: *Viden' ignavum, vt sese inferat*. Acidal.

1032. Jussu vett. librorum Gronovii lectionem: *Quin tu huic responde? haec illaec est ab illa, quam dudum* nostra permutavimus.

1047. *Vilist* pro *vile est*.

1051. Vulg. *vt sublecto os! Pa. Scite.* Nos, ne in nimiam longitudinem excrescat versus, Critico monente, duas posteriores voces abscidimus.

1056. *Haec* pro *hic*.

1057. Vulg. *sivistique exorare ex te.* Conjecturam Acidalii ob metrum recipiendam esse putavimus.

1058. *Admoderari* pro *admoderarier*.

1085. *Abeat* pro *habeat*.

1133. Pro *se vt abeat* vt legatur *a se vt abeat*, Douza auctor fuit.

1147. Pro *et*, quod vulgares habent libri, *at* ab eodem Douza assumsimus.

1157. Vulg. *formam amoenitatis illius.*

1161. Male initio versus Palaestrionis nomen obtinuit locum; quare, quomodo habent editt. Merulae et Sarrac., in medium versum illud induximus.

1162. Ante *ornatu* ex incuria typographi omissa est in Lipsiana Gronovianae editionis repetitione vox *ornatus*.

1170. Assentientibus pro parte vett. libris, et suadente Acidalio, vulg. *vt si itura jam est Atheuas*, amplius ne staret nobis constituimus.

1174. *Modice sapis* pro *multimodis sapis* legitur cum Jan. Gulielmio.

1191. Vulgo: *posset et impetrari.*

1200. *Vbi is est* pro *vbi est* cum libris vett.

1205. In fine versus verba *vt volui*, quae Grutero resipiunt glossam, abjecimus.

1207. *Dignus's* pro *dignus es*, numerorum caussa.

1223. *Volet* pro *nolet*, vt apud Vett. legitur.

1224. *Aliquo modo* pro *alio modo*. Editt. vett.

1229. *Cave faxis*, Acidalio ita jubente, pro *cavesis, faxis.*

1239. Verba *qui scis?* dedi Milphidippae, quae alias sunt Palaestrioni.

1259. *Ad se vt eas* pro *ad sed eas*, praeeuntibus editt. vett. et MSS.

1310. *Tu Philocomasium* pro *Philocomasium*, vt excusum est in libris vett.

1319. Quam praetulimus lectionem, ea debetur ingenio Critici Wittstockiensis. Gronovius: *ferruminant. Pl. Acre malum.*

1321. Palaestrio, qui in vulgatis *fleo miser* dicat, nunc, adhortante Acidalio, Pleusidi, vt pro ipso *flet miser*, dicat, permisit.

1327. Vix me continere potui, quin hunc versum, vt spurium, textu extruderem.

1333. Vulgo: *ne quis tibi hoc vitio vortat.*

1342. 43. Acidalius ferat, si quid ferendum est, qui mihi persuasit, vt ad voluntatem suam

mutarem vulgatam lectionem: *Cum venit mihi in mentem, vt mores mutandi fient, Muliebres mores discendi, obliviscendi stratiotici.*

1361. *Et jam sensi* pro *et sensi*, metri habita ratione.

1364. Vulgo: *investigabo; operae non parco meae.* Verissimam puto, quam excogitaverunt Critici, conjecturam, et dignam, quae in textum recipiatur.

1389. *Huc venire ad te* pro *ad te venire huc.*

1397. *Mittimus ire* pro simpl. *mittimus*, ex antiquis.

1398. *Dionam.* pro *Dianam.* Taubm.

1410. Vulgo: *Sc. Jam dudum. Py. Hei mihi! Sc. Magis dicas* etc.

1414. *Illic* pro *ille.* Acid.

Hae fere sunt, Vir doctissime, quas ego tentavi, textus mutationes. Ex quibus, si nonnullae Tibi paullo audaciores vel parum felices videbuntur, (judicii enim mei Te judicem facio) erit humanitatis Tuae, cogitare, me primum nunc fragilem ratem pelago commisisse critico, in quo Tu jam dudum ingenii simul doctrinaeque velis quam latissime vectus es.

Sed video, epistolam meam in nimiam excrevisse longitudinem; quare finem ad Te scribendi faciam. Hoc vnum tantum pro amore erga Te animus me meus addere jubet: vt de me sic judices, quantum ego possim, me Tibi summo cum studio praesto semper futurum. Vale. Vinar. mense April. cIↃDCCCIII.

M. ACCI PLAUTI

MILES GLORIOSUS.

A

ARGUMENTUM

(vt quibusdam videtur)

PRISCIANI.

Meretricem Athenis Epheſum Miles avehit,
Id hero dum amanti ſervos nunciare volt,
Legato peregre, captu'st ipſus in mari,
Et illi eidem Militi dono datu'st.
Suum arceſſit herum Athenis, atque perforat
Geminis communem clam parietem in aedibus,
Liceret vt qui convenire amantibus.
Obhaerentes custos hos vidit de tegulis:
Ridiculus autem, quaſi ſit alia, luditur.
Itemque impellit Militem Palaestrio,
Omiſſam faciat concubinam, quando ei
Senis vicini cupiat vxor nubere:
Vltro abeat, orat; donat multa. Ipſe in domo
Senis prehenſus, poenas pro moecho luit.

DRAMATIS PERSONAE.

Pyrgopolinices, *Miles.*

Artotrogus, *Parasitus.*

Palaestrio, *Servos.*

Periplectomenes, *Senex.*

Sceledrus, *Servos.*

Philocomasium, *Meretrix.*

Pleusides, *Adulescens.*

Lucrio, *Puer.*

Milphidippa, *Ancilla.*

Acroteleutium, *Meretrix.*

Puer.

Cario, *Cocus.*

M. ACCI PLAUTI
MILES GLORIOSUS.

ACTUS PRIMUS.

PYRGOPOLINICES. ARTOTROGUS.

Actus primus, qui vna tantummodo constat scena, pro praeludio quasi huius fabulae est habendus. Plane enim nihil in eo invenimus, quod ad ipsius fabulae tractationem propius attineat, et ideo tantum a poeta nostro, vel si mavis, graeco, inventa esse haec scena videtur, vt mores Gloriosi in colloquio cum parasito assentatore, cuius praeterea nullae amplius sunt partes, luculentius se ostendant, ipse vero Gloriosus magis fiat ridiculus. Videmus enim hic tantum et audimus Militem Pyrgopolinicem, hominem inflatissimum atque stolidissimum, qui mirifice in eo delectatur, quod parasitus, qui vero et ipse ipsum ludibrio habet, plus quam parasitica assentatione, totus est in laudibus formae ipsius, et fortunae et facinorum bellicorum. Cf. Terent. Eunuch. III, 1.

PYRGOPOLINICES.

Curate, vt splendor meo sit clypeo clarior,

Vs. 1. *Curate — hostibus.* Haec Miles ad satellites, quos in publicum prodiens, habet in

771. *Scio te non mentirier.* Lectio antiqua pro *cupiunt non mentirier.*

776. *Aequi* pro *aeque* Lambinus ex suis MSS.

783. *In matronarum modum* libris vett. suadentibus pro *matronarum modo.*

786. *Prime cata* pro *primaria.* MSS.

789. Post *faveae sudae* vulg. editt habent *ancillae*, quod, quia glossa, abesse jussimus.

792. *Ego recte dabo Militi* pro *ego recte meis Dabo.* Acidal.

809. Lectio recepta: *te vocat Palaestrio.* MS. Camer.

815. Postulante versu omisi *unam* post *nardini.*

836. *Promtet* pro *promat*, suadentibus MSS.

852. Pro *ne dixeritis, obsecro, huic* veterem verborum ordinem restitui: *ne dixeritis huic, obsecro.*

859. *Dum ab se huc transiret.* Ita Gronovius, Camerarium secutus. Quam nos dedimus lectionem, exhibent libri antiqui.

868. Vulg. *insulsa atque*, mutavimus in *insulsitasque*, quod Acidalius excogitavit, et quod sine dubio multo elegantius est vulgato.

880. *Nequeant* pro *nequeunt.*

881. Legitur in vulgatis: *quo venit nobis.* Quod debetur Acidalio.

886. *Incedis* pro *incedit*, vt editt. quaedam vett.

894. *Ad tua praec.* — *nihil ipse* pro *at tua praecepta: de meo nihil his novom appos.* cum editt. vett.

899. *Caretur* pro *geratur*. MSS. et editt. priores.

902 Ad vocem *verbis* affixi voculam *nunc*, quam habent Veteres, quaque suffulcitur metrum.

911. Vulgo: *Rogare mirum est. Populi odium quidni noverim?* Auctor nostrae lectionis est Janus Gulielmius.

924. *Acciebo* pro *accibo*, versus causa, vt Vett.

928. Pro *abs se* scripsimus *eapse*.

929. Vulgo: *Ac. Consido consuturum.* Nos cum Codice Aldino, quasi Periplectomenes loqui pergeret, *ac consido consuturum*.

948. Ob metrum, duce Acidalio, transposuimus et emendavimus verba huius versus, quorum vulgaris ordo et lectio: *Eius nunc mihi annulum ad te ancilla, porro vt deferrem, dedit.*

957. *Ab illo hinc cupit abire* pro *ab illo incipit abire.* Florent.

969. In fine versus, ad sanandum ejus metrum, e sequenti repetivi vocem *placet*.

979. *Hos* pro *hoc*.

984 Lectionem Vulg. *domo si ibit, ac dum huc transibit* recte Acidalius pro spuria et spurca habuit, et, vbi formis exscriptum est, emendavit.

1012. Delevi Palaestrionis nomen ante verba: *quasi hunc depereat*, et verbis Milphidippa praefixi.

1015. *Contra* pro *cetera*, vt Vett.

1031. Vulgo: *Viden' ignavum, vt sese inferat.* Acidal.

1032. Jussu vett. librorum Gronovii lectionem: *Quin tu huic responde? haec illaec est ab illa, quam dudum nostra permutavimus.*

1047. *Vilist* pro *vile est.*

1051. Vulg. *vt sublecto os! Pa. Scite.* Nos, ne in nimiam longitudinem excrescat versus, Critico monente, duas posteriores voces abscidimus.

1056. *Haec* pro *hic.*

1057. Vulg. *sivistique exorare ex te.* Conjecturam Acidalii ob metrum recipiendam esse putavimus.

1058. *Admoderari* pro *admoderarier.*

1085. *Abeat* pro *habeat.*

1133. Pro *se vt abeat* vt legatur *a se vt abeat*, Douza auctor fuit.

1147. Pro *et*, quod vulgares habent libri, *at* ab eodem Douza assumsimus.

1157. Vulg. *formam amoenitatis illius.*

1161. Male initio versus Palaestrionis nomen obtinuit locum; quare, quomodo habent editt. Merulae et Sarrac., in medium versum illud induximus.

1162. Ante *ornatu* ex incuria typographi omissa est in Lipsiana Gronovianae editionis repetitione vox *ornatus.*

1170. Assentientibus pro parte vett. libris, et suadente Acidalio, vulg. *vt si itura jam est Athenas*, amplius ne staret nobis constituimus.

1174. *Modice sapis* pro *multimodis sapis* legitur cum Jan. Gulielmio.

1191. Vulgo: *posset et impetrari.*

1200. *Vbi is est* pro *vbi est* cum libris vett.

1205. In fine versus verba *vt volui*, quae Grutero resipiunt glossam, abjecimus.

1207. *Dignus's* pro *dignus es*, numerorum caussa.

1223. *Volet* pro *nolet*, vt apud Vett. legitur.

1224. *Aliquo modo* pro *alio modo*. Editt. vett.

1229. *Cave faxis*, Acidalio ita jubente, pro *cavesis, faxis.*

1239. Verba *qui scis?* dedi Milphidippae, quae aliis sunt Palaestrioni.

1259. *Ad se vt eas* pro *ad sed eas*, praeeuntibus editt. vett. et MSS.

1310. *Tu Philocomasium* pro *Philocomasium*, vt excusum est in libris vett.

1319. Quam praetulimus lectionem, ea debetur ingenio Critici Wittstockiensis. Gronovius: *ferruminant. Pl. Acre malum.*

1321. Palaestrio, qui in vulgatis *fleo miser* dicat, nunc, adhortante Acidalio, Pleusidi, vt pro ipso *flet miser*, dicat, permisit.

1327. Vix me continere potui, quin hunc versum, vt spurium, textu extruderem.

1333. Vulgo: *ne quis tibi hoc vitio vortat.*

1342. 43. Acidalius ferat, si quid ferendum est, qui mihi persuasit, vt ad voluntatem suam

mutarem vulgatam lectionem: *Cum venit mihi in mentem, vt mores mutandi fient, Muliebres mores discendi, obliviscendi stratiotici.*

1361. *Et jam sensi* pro *et sensi*, metri habita ratione.

1364. Vulgo: *investigabo: operae non parco meae.* Verissimam puto, quam excogitaverunt Critici, conjecturam, et dignam, quae in textum recipiatur.

1389. *Huc venire ad te* pro *ad te venire huc.*

1397. *Mittimus ire* pro simpl. *mittimus*, ex antiquis.

1398. *Dionam* pro *Dignam.* Taubm.

1410. Vulgo: *So. Jam dudum. Py. Hei mihi! Sc. Magis dicas* etc.

1414. *Illic* pro *ille.* Acid.

Hae fere sunt, Vir doctissime, quas ego tentavi, textus mutationes. Ex quibus, si nonnullae Tibi paullo audaciores vel parum felices videbuntur, (judicii enim mei Te judicem facio) erit humanitatis Tuae, cogitare, me primum nunc fragilem ratem pelago commisisse critico, in quo Tu jam dudum ingenii simul doctrinaeque velis quam latissime vectus es.

Sed video, epistolam meam in nimiam excrevisse longitudinem; quare finem ad Te scribendi faciam. Hoc vnum tantum pro amore erga Te animus me meus addere jubet: vt de me sic judices, quantum ego possim, me Tibi summo cum studio praesto semper futurum. Vale. Vinar. mense April. CIↃIↃCCCIIII.

M. ACCI PLAUTI

MILES GLORIOSUS.

ARGUMENTUM

(vt quibusdam videtur)

PRISCIANI.

Meretricem Athenis Ephesum Miles avehit:
Id hero dum amanti servos nunciare volt
Legato peregre, captu'st ipsus in mari,
Et illi eidem Militi dono datu'st.
Suum arcessit herum Athenis, atque perforat
Geminis communem clam parietem in aedibus,
Liceret vt qui convenire amantibus.
Obhaerentes custos hos vidit de tegulis:
Ridiculus autem, quasi sit alia, luditur.
Itemque impellit Militem Palaestrio,
Omissam faciat concubinam, quando ei
Senis vicini cupiat vxor nubere:
Vltro abeat, orat; donat multa. Ipse in domo
Senis prehensus, poenas pro moecho luit.

DRAMATIS PERSONAE.

PYRGOPOLINICES, *Miles.*

ARTOTROGUS, *Parasitus.*

PALAESTRIO, *Servos.*

PERIPLECTOMENES, *Senex.*

SCELEDRUS, *Servos.*

PHILOCOMASIUM, *Meretrix.*

PLEUSIDES, *Adolescens.*

LUCRIO, *Puer.*

MILPHIDIPPA, *Ancilla.*

ACROTELEUTIUM, *Meretrix.*

PUER.

CARIO, *Cocus.*

M. ACCI PLAUTI
MILES GLORIOSUS.

ACTUS PRIMUS.

PYRGOPOLINICES. ARTOTROGUS.

Actus primus, qui una tantummodo constat scena, pro praeludio quasi huius fabulae est habendus. Plane enim nihil in eo invenimus, quod ad ipsius fabulae tractationem propius attineat, et ideo tantum a poeta nostro, vel si mavis, graeco, inventa esse haec scena videtur, vt mores Gloriosi in colloquio cum parasito assentatore, cuius praeterea nullae amplius sunt partes, luculentius se ostendant, ipse vero Gloriosus magis fiat ridiculus. Videmus enim hic tantum et audimus Militem Pyrgopolinicem, hominem inflatissimum atque stolidissimum, qui mirifice in eo delectatur, quod parasitus, qui vero et ipse ipsum ludibrio habet, plus quam parasitica assentatione, totus est in laudibus formae ipsius, et fortunae et facinorum bellicorum. Cf. Terent. Eunuch. III, 1.

PYRGOPOLINICES.

Curate, vt splendor meo sit clypeo clarior,

Vs. 1. *Curate — hostibus.* Haec Miles ad satellites, quos in publicum prodiens, habet. In

Quam solis radii esse olim, cum sudum'st, solent:

comitatu. Eodem modo Pleusidippus Rud. I, 2, 1. sqq. alloquitur comites, quorum deinde nulla praeterea pars est. *Splendor.* Cf. Statius de Panoplia Martis, Theb. III, 225. *Clypeique cruenta Lux rubet, et solem longe ferit aemulus orbem;* vbi vero falsus est in explicando Barthius; non enim de magnitudine, sed de splendore clypei h. l. sermo est. Splendorem vero clypei et in genere armorum multum facere ad terrendos hostes, crediderunt veteres, quod vel ex hoc ipso intelligi potest loco, cui plura addere possem, e. g. Claudian. in Panegyr. Prol. 94. *Galeaeque minaci Flava cruentarum praetenditur vmbra jubarum, Et formidato clypeus Titana lacessit Lumine.* Statius Theb. VI, 665. *Qualis Bistoniis clypeus Mavortis in arvis Luce mala Pangaea ferit, solemque refulgens Territat.* Cf. Virg. Aen. XII, 660. Stat. Theb. IX. 856. et Schütz ad Aeschyli Septem adv. Theb. 491.

2. *Solis radii.* Sol radians, vel vt est ap. Ovidium: *radiis circumdata solis imago.* — *Olim.* Tunc, tum: est enim adverbium omnium horarum ac temporum. Eodem fere modo vt h. l. vsus est Noster Poen. I, 2, 142. *Illam mihi tam tranquillam facis Quam mare est olim, cum ibi alcedo pullos educit suos.* — *Cum sudum'st.* Cum serenum est sc. coelum; *wenn's hell ist.*

**Vt, vbi uſus veniat, contra conferta manu,
Oculorum praeſtringat aciem in acie hoſtibus.**

---

3. *Vbi vſus veniat.* Quando opus ſit. Sic infra 785. *Sed quid ea vſus eſt?* pro, quid ea opus eſt? — *Contra conſerta manu.* Commiſſa pugna; collatis ſignis. *Conferere* eſt conjungere, committere, ſibi invicem permiſcere. Sic proelium conſeritur, manus conſeruntur, quum cominus pugnare, in ſe invicem irruere, ſibique adeo permiſceri milites incipiunt. *Contra* vero adverb. pro *viciſſim.*

4. *Oculorum praeſtringat aciem in acie hoſtibus.* Oculos hoſtium obnubat, oculis hoſtium tenebras offundat. Oculorum acies, quae et ſimpliciter acies. Barth. ad Stat. X, 163. Vere latinum eſt verbum *praeſtringere* in iſto ſenſu. *Praeſtringere* proprie eſt valde ſtringere; deinde ſtringendo hebetare atque acie ſua privare, et ſolemni metaphora, ad aciem oculorum ac mentis adeo refertur, vt hebetare, obtundere, quoties oculi luce, mens perturbatione terroris, admirationisve cuiuscunque impedita verum non poteſt videre. Sic praeſtringuntur, ſecundum Ascon. ad Cic. Div. XIV, 46. lumina, cum ad magnum ſplendorem vel terrorem adeo, ſubito clauduntur. Plaut. Merc. V, 3. 7. *Atque oculorum tibi praeſtrin-*

6. Nam ego hanc machaeram mihi consolari volo,

---

git aciem. Ludit autem poeta in ancipiti significatione verbi *acies*, quod et acumen et proelium significat.

Quae nunc sequuntur, ea Miles, ad spectatores conversus, secum loquitur,

5. *Machaeram. Machaeram* ponit pro gladio, propter sonum pleniorem, et ad rem melius exprimendam; quod vtrumque personae, meras glorias flanti, meras caedes spiranti convenit. Est autem *machaera* vox graeca vel παρὰ τὸ μάχεσθαι dicta vel παρὰ τὸ χαίρειν αἵματι, quasi αἱμόχαιρα, quod gaudeat sanguine. — *Hanc*, δεικτικῶς. — *Mihi.* Abundat, vt centies ap. Comicos graecos atque latinos. Terent. Phorm. V, 9. 21. *Qui mihi, vt ad vxorem ventum 'st, tum fiunt senes.* Ad quae Donatus: *Eleganter insertum mihi, vt in Heauton. II, 1, 8. Is mihi, vbi adbibit plus paulo, sua quae narrat facinora.* Sic etiam loquuntur poetae nostrates: e. g. Schiller: *Wie ich Aus jenen alten Büchern mir gelesen.* — *Consolari volo.* Tralatio est: nam machaera, res inanima, neque consolari, neque lamentari, nec animum despondere proprie potest dici. Sed poetae affectus humanos accomodant cuique rei inanimatae, et praecipue armis dant armatorum sensum, vt navibus navigantium: e. g. *anxia puppis.* Fragm. incert. 26. *Nec, machaera, audes dentes frendere,* cf. Hom. Il. XXI, 70.

Ne lamentetur, neve animum despondeat,
Quia se iam pridem feriatam gestitem,
Quae misere gestit, fratrem facere ex hostibus.

---

6. *Neve animum despondeat.* Ne animum, vel audaciam amittat. Sic infra 1042. *nisi tu illi fers suppetias, iam illa animum despondebit.* vid. etiam Menaechm. Prol. 56. Merc. III, 4, 29.

7. *Se* pro illam vel ipsam, more Plautino, vt infra II, 2, 26. *se vt videant domi* pro ipsam. — *Feriatam.* Otiosam, nihil molientem. *Feriare* est intermittere solitum officium aut laborem. Similiter *Falkii* Thraso ad machaeram suam, Amphitr. II, 8.

Geduld' ein wenig noch in deiner Scheide Garnison
Dich hier, mein Schwerdt!

— *Gestitem,* geram. *Gestitare* pro gerere; verbum sc. frequentativum pro simplici. Nota sunt ap. Plautum *dormitare* pro *dormire* Amph. II, 1, 175. *factare* pro *facere* Mercat. Prol. 94. *culpitare* pro *culpare* Cistell. II, 1, 19. etc. *Gestitem* autem et *gestit* versu sq. est annominatio.

8. *Misere gestit.* Admodum, vehementer cupit. *Misere* pro vehementer, admodum, non infrequens est ap. Nostrum et Terentium. Vid. Cistell. IV, 2, 21. Bacch. IV, 9, 10. Eunuch. III, 1, 22.

Sed vbi Artotrogus?

Heauton. I, 2, 19. et II, 3, 124. Adelph. IV, 5, 64. Etiam Horat. eodem vtitur senfu Sat. I, 9, 14. *misere cupis abire.* Sic apud Ariftoph. Nubb. 334. vox δάϊος (δάϊον ὁρμάν) quae apud Tragicos notat infelicem, miferum, pofita eft pro *vehemens,* v. Spanhem. ad Ariftoph. Ran. 925. — *Fratrem facere ex hoftibus.* Confanguineos facere hoftes i. e. vel tingi hoftili fanguine vel per mortem aequare hoftes. Iocus paullulum exquifitior frigidiorque, quam decet iocum. Fortaffe poëta Graecus, quem ante oculos habuit Nofter, iocatus eft in voce ὅμαιμος, quam per fratrem exprimere voluit. Pro poëta graeco ftare videtur Aefchylus Sept. adv. Theb. 917 fqq. Πέπαυται δ' ἔχθος, ἐν δὲ γαίᾳ Ζωὰ φονόρρυτος Μέμικται, κάρτα δ' εἴσ' ὅμαιμοι.

9. Vt Miles fe primis oftenderat verbis gloriofum, ita Artotrogus nunc prodit fe vt adulatorem et parafitum. *Sed vbi Artotrogus.* Compofitum eft nomen huius Parafiti ex ἄρτος *panis* et τρώγειν *rodere,* et bene convenit moribus Parafitorum, qui, vt mures, aliena rodunt. v. Capt. I, 1, 1. Perf. I, 2, 6. Sic Gelafimus Parafitus fe ipfum *Miccotrogum,* quafi *Paucirodum,* appellat Stich. I, 3, 88. *Stat propter virum.* Prope, juxta virum. *Propter* pro prope, apud, juxta, faepiff. invenitur ap. autores claffícos.

ARTOTROGUS.

Hic est! Stat propter virum
Fortem atque fortunatum, et forma regia;
Tum bellatorem. Mars haud ausit dicere,
Neque aequiparare suas virtutes ad tuas.

PYRGOPOLINICES.

Quemne ego servavi in campis Gurgustidoniis,

---

10. *Fortem atque fortunatum et forma regia.* Iterum annominatio. v. Not. ad Menaech. II, 3, 53. *Forma* vero *regia* est dignitas corporis egregia, superans et augusta, qualis regem decet; forma quae proceritatem habeat cum dignitate quadam conjunctam. Versus notissimus: πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος.

11. *Haud ausit dicere.* Prorsus obmutescat. *Dicere* absolute positum. v. Barth. Advers. 49, 17.

12. *Aequiparare.* Comparare, *in Vergleichung stellen.* Terent. Eun. IV, 4, 14. *ne comparandus hic quidem ad illum est.* — *Virtutes.* Res gestas, facinora.

13. *Quemne ego servavi* etc. Eumne dicis Martem mecum contendere non ausurum, quem ego servavi etc. *Servavi*, ne occideretur, cum in vitae periculo versaretur. Videte, de quibus glorietur Miles! Se Martem servasse ait, Martem, quem canit Orpheus magnanimum, inpavidum,

Vbi Bombomachides Cluninstaridysarchides
Erat imperator summus, Neptuni nepos?

---

invictum, indomitum, armistridentem, mortiferum, impetimurum etc. — *Campis Gurgustidoniis.* Vocabulum per jocum et ad fugillandum Militem, qui se turrium expugnatorem nominat, a Poeta fictum a *gurgustiis*, quae sunt aedificia angusta et depressa vel obscurae et latentes tabernae.

14. *Bombomachides.* Filius Bombomachi i. e. ingenti tumultu pugnantis, a βόμβος, *sonus ingens*, vt tonitru, et μάχομαι *pugno*. Nomen iterum fictum vt et sequens: *Cluninstaridysarchides*, filius Cluninstaridysarchi i. e. quasi natibus aegre imperantis. Compositum est hocce nomen a *clunis* vel *clunes* i. e. nates, *instar*, δυς i. e. *aegre* et ἄρχομαι *impero*. E strepitu nominum istorum jamjam dimetiendae sunt virtutes Imperatoris. Cf. Flögelii *Gesch. des Burlesken.* p. 66 sq.

15. *Neptuni nepos.* Homerus vt a Jove reges, ab Apolline vates, ita a Neptuno fortes ducit viros. Sic Ithyphallus Demetrium, quem fortem et pulchrum laudare volebat, salutabat: ὦ τοῦ κρατίστου καὶ Ποσειδῶνος θεοῦ χαῖρε καὶ Ἀφροδίτης. v. Athen. Deipnos. VI, p. 253. *Nepos* vero *Neptuni* i. q. vnus e stirpe, e familia Neptuni. Sic Sextus, Pompeii M. filius, Neptuni filium se praedicabat,

ARTOTROGUS.

Memini: nempe illum dicis cum armis aureis,
Quoius tu legiones difflavisti spiritu,

---

ex quo ipsum *Neptunium ducem* appellat Horat. Epod. IX, 8. vbi vid. Interpp. Ad augendam rerum gestarum magnitudinem semper interponit deos vel deorum filios, quin imo se ipsum e stirpe divûm progenitum ait 1252. vbi se *nepotem Veneris* appellat.

16. *Memini.* Bene notus est iste Bombomachides Parasito, qui pro more quaedam addit ad augendam majestatem Imperatoris, et ad extollendum facinus. — *Nempe.* Particula exegetica confirmantis in respondendo, quae eleganter initio sententiae ponitur, et illationem notat. Cistell. II, 3, 55 sq. *Mel. Quis istic habitat? Lamp. Demipho dominus meus. Mel. Nempe istic est, qui Alcesimarcho filiam suam despondit in divitias maxumas.* Cicero in Bruto: *Tum ille: nempe eum dicis, inquit, quo iste omnem* etc. — *Cum armis aureis.* *Arma aurea* sunt arma praeclarissima, vt *aurea templa* egregie exornata etc.

17. *Quoius.* Cuius. *Difflavisti spiritu.* Solo halitu oris disturbasti, sine armis. Statius de equo Martis: *ingenti propellit Strymona flatu.* Falkii Parasitus de Thrasone l. c. rem ita exprimit:

Quam solis radii esse olim, cum sudum'st, solent:

comitatu. Eodem modo Pleusidippus Rud. I, 2, 1. sqq. alloquitur comites, quorum deinde nulla praeterea pars est. *Splendor.* Cf. Statius de Panoplia Martis, Theb. III, 225. *Clypeique cruenta Lux rubet, et solem longe ferit aemulus orbem;* vbi vero falsus est in explicando Barthius; non enim de magnitudine, sed de splendore clypei h. l. sermo est. Splendorem vero clypei et in genere armorum multum facere ad terrendos hostes, crediderunt veteres, quod vel ex hoc ipso intelligi potest loco, cui plura addere possem, e. g. Claudian. in Panegyr. Prol. 94. *Galeaeque minaci Flava cruentarum praetenditur vmbra jubarum, Et formidato clypeus Titana lacessit Lumine.* Statius Theb. VI, 665. *Qualis Bistoniis clypeus Mavortis in arvis Luce mala Pangaea ferit, solemque refulgens Territat.* Cf. Virg. Aen. XII, 660. Stat. Theb. IX, 856. et Schütz ad Aeschyli Septem adv. Theb. 491.

2. *Solis radii.* Sol radians, vel vt est ap. Ovidium: *radiis circumdata solis imago.* — *Olim.* Tunc, tum: est enim adverbium omnium horarum ac temporum. Eodem fere modo vt h. l. vsus est Noster Poen. I, 2, 142. *Illam mihi tam tranquillam facis Quam mare est olim, cum ibi alcedo pullos educit suos.* — *Cum sudum'st.* Cum serenum est sc. coelum; *wenn's hell ist.*

Vt, vbi usus veniat, contra conserta manu,
Oculorum praestringat aciem in acie hostibus.

---

3. *Vbi vsus veniat.* Quando opus sit. Sic infra 785. *Sed quid ea vsus est?* pro, quid ea opus est? — *Contra conserta manu.* Commissa pugna; collatis signis. *Conferere* est conjungere, committere, sibi invicem permiscere. Sic proelium conseritur, manus conseruntur, quum cominus pugnare, in se invicem irruere, sibique adeo permisceri milites incipiunt. *Contra* vero adverb. pro *vicissim*.

4. *Oculorum praestringat aciem in acie hostibus.* Oculos hostium obnubat, oculis hostium tenebras offundat. Oculorum acies, quae et simpliciter acies. Barth. ad Stat. X, 163. Vere latinum est verbum *praestringere* in isto sensu. *Praestringere* proprie est valde stringere; deinde stringendo hebetare atque acie sua privare, et solemni metaphora, ad aciem oculorum ac mentis adeo refertur, vt hebetare, obtundere, quoties oculi luce, mens perturbatione terroris, admirationisve cuiuscunque impedita verum non potest videre. Sic praestringuntur, secundum Ascon. ad Cic. Div. XIV, 46. lumina, cum ad magnum splendorem vel terrorem adeo, subito clauduntur. Plaut. Merc. V, 3. 7. *Atque oculorum tibi praestrin-*

5. Nam ego hanc machaeram mihi consolari volo,

---

git *aciem*. Ludit autem poeta in ancipiti significatione verbi *acies*, quod et acumen et proelium significat.

Quae nunc sequuntur, ea Miles, ad spectatores conversus, secum loquitur.

5. *Machaeram*. *Machaeram* ponit pro gladio, propter sonum pleniorem, et ad rem melius exprimendam; quod vtrumque personae, meras glorias flanti, meras caedes spiranti convenit. Est autem *machaera* vox graeca vel παρὰ τὸ μάχεσθαι dicta vel παρὰ τὸ χαίρειν αἵματι, quasi αἱμόχαιρα, quod gaudeat sanguine. — *Hanc*, δεικτικῶς. — *Mihi*. Abundat, vt centies ap. Comicos graecos atque latinos. Terent. Phorm. V, 9. 21. *Qui mihi, vt ad vxorem ventum 'st, tum fiunt senes*. Ad quae Donatus: *Eleganter insertum mihi, vt in Heauton. II, 1, 8. Is mihi, vbi adbibit plus paulo, sua quae narrat facinora*. Sic etiam loquuntur poetae nostrates: e. g. Schiller: *Wie ich Aus jenen alten Büchern mir gelesen*. — *Consolari volo*. Tralatio est; nam machaera, res inanima, neque consolari, neque lamentari, nec animum despondere proprie potest dici. Sed poetae affectus humanos accomodant cuique rei inanimatae, et praecipue armis dant armatorum sensum, vt navibus navigantium: e. g. *anxia puppis*. Fragm. incert. 26. *Nec, machaera, audes dentes frendere*, cf. Hom. Il. XXI, 70.

Ne lamentetur, neve animum despondeat,
Quia se iam pridem feriatam gestitem,
Quae misere gestit, fratrem facere ex hostibus.

---

6. *Neve animum despondeat.* Ne animum, vel audaciam amittat. Sic infra 1042. *nisi tu illi fers suppetias, iam illa animum despondebit.* vid. etiam Menaechm. Prol. 56. Merc. III, 4, 29.

7. *Se* pro illam vel ipsam, more Plautino, vt infra II, 2, 26. *se vt videant domi* pro ipsam. — *Feriatam.* Otiosam, nihil molientem. *Feriare* est intermittere solitum officium aut laborem. Similiter *Falkii* Thraso ad machaeram suam, Amphitr. II, 8.

Geduld' ein wenig noch in deiner Scheide Garnison
Dich hier, mein Schwerdt!

— *Gestitem*, geram. *Gestitare* pro gerere; verbum sc. frequentativum pro simplici. Nota sunt ap. Plautum *dormitare* pro *dormire* Amph. II, 1, 175. *factare* pro *facere* Mercat. Prol. 94. *culpitare* pro *culpare* Cistell. II, 1, 19. etc. *Gestitem* autem et *gestit* versu sq. est annominatio.

8. *Misere gestit.* Admodum, vehementer cupit. *Misere* pro vehementer, admodum, non infrequens est ap. Nostrum et Terentium. Vid. Cistell. IV, 2, 21. Bacch. IV, 9, 10. Eunuch. III, 1, 22.

Sed vbi Artotrogus?

Heauton. I, 2, 19. et II, 3, 124. Adelph. IV, 5, 64. Etiam Horat. eodem vtitur sensu Sat. I, 9, 14. *misere cupis abire.* Sic apud Aristoph. Nubb. 334. vox δάϊος (δάϊον ὁρμᾶν) quae apud Tragicos notat infelicem, miserum, posita est pro *vehemens*, v. Spanhem. ad Aristoph. Ran. 925. — *Fratrem facere ex hostibus.* Consanguineos facere hostes i. e. vel tingi hostili sanguine vel per mortem aequare hostes. Iocus paullulum exquisitior frigidiorque, quam decet soccum. Fortasse poëta Graecus, quem ante oculos habuit Noster, iocatus est in voce ὅμαιμος, quam per fratrem exprimere voluit. Pro poëta graeco stare videtur Aeschylus Sept. adv. Theb. 917 sqq. Πέπαυται δ' ἔχθος, ἐν δὲ γαίᾳ Ζωὰ φονόῤῥυτος Μέμικται, κάρτα δ' εἴσ' ὅμαιμοι.

9. Vt Miles se primis ostenderat verbis gloriosum, ita Artotrogus nunc prodit se vt adulatorem et parasitum. *Sed vbi Artotrogus.* Compositum est nomen huius Parasiti ex ἄρτος *panis* et τρώγειν *rodere*, et bene convenit moribus Parasitorum, qui, vt mures, aliena rodunt. v. Capt. I, 1, 1. Pers. I, 2, 6. Sic Gelasimus Parasitus se ipsum *Miccotrogum*, quasi *Paucirodum*, appellat Stich. I, 3, 88. *Stat propter virum.* Prope, juxta virum. *Propter* pro prope, apud, juxta, saepiss. invenitur ap. autores classicos.

ARTOTROGUS.

Hic est! Stat propter virum
Fortem atque fortunatum, et forma regia;
Tum bellatorem. Mars haud ausit dicere,
Neque aequiparare suas virtutes ad tuas.

PYRGOPOLINICES.

Quemne ego servavi in campis Gurgustidoniis,

---

10. *Fortem atque fortunatum et forma regia.* Iterum annominatio. v. Not. ad Menaech. II, 3, 53. *Forma* vero *regia* est dignitas corporis egregia, superans et augusta, qualis regem decet; forma quae proceritatem habeat cum dignitate quadam conjunctam. Versus notissimus: πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος.

11. *Haud ausit dicere.* Prorsus obmutescat. *Dicere* absolute positum. v. Barth. Advers. 49, 17.

12. *Aequiparare.* Comparare, *in Vergleichung stellen.* Terent. Eun. IV, 4, 14. *ne comparandus hic quidem ad illum est.* — *Virtutes.* Res gestas, facinora.

13. *Quemne ego servavi* etc. Eumne dicis Martem mecum contendere non ausurum, quem ego servavi etc. *Servavi*, ne occideretur, cum in vitae periculo versaretur. Videte, de quibus glorietur Miles! Se Martem servasse ait, Martem, quem canit Orpheus magnanimum, inpavidum,

Vbi Bombomachides Cluninſtaridyſarchides
Erat imperator ſummus, Neptuni nepos?

---

invictum, indomitum, armiſtridentem, mortiferum, impetimurum etc. — *Campis Gurguſtidoniis.* Vocabulum per jocum et ad ſugillandum Militem, qui ſe turrium expugnatorem nominat, a Poeta fictum a *gurguſtiis*, quae ſunt aedificia anguſta et depreſſa vel obſcurae et latentes tabernae.

14. *Bombomachides.* Filius Bombomachi i. e. ingenti tumultu pugnantis, a βόμβος, *ſonus ingens*, vt tonitru, et μάχομαι *pugno*. Nomen iterum fictum vt et ſequens: *Cluninſtaridyſarchides*, filius Cluninſtaridyſarchi i. e. quaſi natibus aegre imperantis. Compoſitum eſt hocce nomen a *clunis* vel *clunes* i. e. nates, *inſtar*, δυς i. e. *aegre* et ἄρχομαι *impero*. E ſtrepitu nominum iſtorum jamjam dimetiendae ſunt virtutes Imperatoris. Cf. Flögelii *Geſch. des Burlesken*. p. 66 ſq.

15. *Neptuni nepos.* Homerus vt a Jove reges, ab Apolline vates, ita a Neptuno fortes ducit viros. Sic Ithyphallus Demetrium, quem fortem et pulchrum laudare volebat, ſalutabat: ὦ τοῦ κρατίστου καὶ Ποσειδῶνος θεοῦ χαῖρε καὶ Ἀφροδίτης. v. Athen. Deipnoſ. VI, p. 253. *Nepos* vero *Neptuni* i. q. vnus e ſtirpe, e familia Neptuni. Sic Sextus, Pompeii M. filius, Neptuni filium ſe praedicabat.

ARTOTROGUS.

Memini: nempe illum dicis cum armis aureis,
Quoius tu legiones difflavisti spiritu,

---

ex quo ipsum *Neptunium ducem* appellat Horat. Epod. IX, 8. vbi vid. Interpp. Ad augendam rerum gestarum magnitudinem semper interponit deos vel deorum filios, quin imo se ipsum e stirpe divûm progenitum ait 1252. vbi se *nepotem Veneris* appellat.

16. *Memini.* Bene notus est iste Bombomachides Parasito, qui pro more quaedam addit ad augendam majestatem Imperatoris, et ad extollendum facinus. — *Nempe.* Particula exegetica confirmantis in respondendo, quae eleganter initio sententiae ponitur, et illationem notat. Cistell, II, 3, 55 sq. *Mel. Quis istic habitat? Lamp. Demipho dominus meus. Mel. Nempe istic est, qui Alcesimarcho filiam Suam despondit in divitias maxumas.* Cicero in Bruto: *Tum ille: nempe eum dicis, inquit, quo iste omnem* etc. — *Cum armis aureis.* *Arma aurea* sunt arma praeclarissima, vt *aurea templa* egregie exornata etc.

17. *Quoius.* Cuius. *Difflavisti spiritu.* Solo halitu oris disturbasti, sine armis. Statius de equo Martis: *ingenti propellit Strymona flatu.* Falkii Parasitus de Thrasone l. c. rem ita exprimit:

Quasi ventus folia, aut peniculum tectorium.

PYRGOPOLINICES.

Istuc quidem, edepol, nihil est.

ARTOTROGUS.

Nihil, hercle, hoc quidem,

Dem Helden, welcher mit dem Schatten blofs von seiner Nasen
Soldaten oft zu Dutzenden verjagt aus feindlichen Gebieten.

18. *Quasi.* Tamquam, sicut. *Peniculum tectorium. Peniculum tectorium* est id, quod forma peniculi ex integumentis aedium villaticarum solutum est et superpendet. Cf. Plin. H. N. XVI, 36.

19. *Istuc quidem.* Hoc factum quidem, quod tu narras. *Edepol. Edepol, ecastor* vel *mecastor,* et *hercle* particulae sunt, vel potius interjectiones affirmativae in Plauto millies obviae *Edepol* i. q. per aedem s. templum Pollucis; jusjurandum mulieribus, virisque commune; *ecastor* vel *mecastor* i. q. per Castorem, magis apud foeminas fuit in vsu, vt *hercle* i. e. per Herculem, apud viros, v. Gell. XI, 6. Sed non semper observatum est a Nostro, quod Gellius observavit.

Praeut alia dicam, tu quae nunquam feceris.
Periuriorem hoc hominem si quis viderit,
Aut gloriarum pleniorem, quam illic est;
Me sibi habeto, et ego me mancupio dabo

---

20. *Praeut alia dicam.* I. e. prae aliis, quae dicam. *Praeut* comparandi particula elegans, vt *praequam*, *praequod*, quae in Plauto, aliisque non raro occurrunt e. g. Bacch. IV, 9, 5. Men. V, 8, 33. Merc. II, 4, 2. Terent. Eun. II, 3, 8. — *Tu quae nunquam feceris.* Haec et sequentia dicuntur a Parasito, Militem deridente, versa ad spectatores oratione. Sic Terentianus Gnatho Eun. III, 1, 29 sq. *Thr. Quid? illud Gnatho, Quo pacto Rhodium tetigerim in convivio. Numquid tibi dixi? Gn. Nunquam; sed narra quaeso — plus millies iam audivi.*

21. *Periuriorem.* Mendaciorem, mendaciloquiorem. Sic *perjurium* pro mendacio, et *perjurare* pro mentiri Poen. V, 4, 72. Merc. III, 1, 42.

22. *Gloriarum pleniorem.* Gloriosiorem. *Gloria* pro gloriatione. Tibull. I, 4, 13. *Procul absit gloria vulgi.* — *Illic.* Ille.

23. *Me sibi habeto.* Ille vindicet me in potestatem suam, eius ero. — *Et ego me mancupio dabo.* Sc. illi. *Mancupio* i. e. forma s. lege mancipii. *Mancipio vero dare et accipere rem emtam,*

Epityro, vt apud illum estur insane bene.

PYRGOPOLINICES.

Vbi tu es?

---

est ita tradere et auferre adhibita libra et aere, et quinque testibus civibus Romanis praesentibus, vt evictionis periculum praestetur a venditore. Inde Lucretius III, 985. *Vitaque mancipio nulli datur, omnibus vsu.*

24. *Epityro.* Epityrum cibi genus fuit, quod in magnam molem fingebatur, et quamvis a caseo (τύρος) nomen traxerit, caseum tamen in eo fuisse non constat. v. Columella XII, 47. 9. — *Vt apud illum.* Apud regem meum vel dominum. Apud Graecos honoris appellatio est αὐτὸς h. e. *ille.* Sunt enim αὐτὸς et ἐκεῖνος voces servorum, quas honoris caussa propriorum nominum loco vsurpabant. Aristoph. Ranis 515. Ἴθι νῦν φράσον πρώτιστα ταῖς αὐλητρίσι Ταῖς ἔνδον οὔσαις, αὐτὸς ὡς εἰσέρχομαι, vbi Schol. αὐτὸς, ἀντὶ τοῦ, ὁ δεσπότης. Plaut. Cas. IV. 2, 10. *Stat. Quid tu agis? Pard. Ego eo quo me ipsa misit. Ipsa* i. e. hera mea. v. Casaub. ad Theophr. Char. p. 120 sq. — *Insane.* Vehementer. Varro de L. L. VI, 5. *Plautus cum vehementer vellet dicere, dicit insane, quod insani omnia faciant vehementer.* Sic Curc. I, 3, 20. opponuntur sibi *paullum amare* et *insane amare.* Cf. Most. III, 3, 5.

25. *Vbi tu es?* Parasitus, vt dictum est, ne audiret Miles, quae in laudem scilicet eius loque-

ARTOTROGUS.

Eccum. Edepol vel elephanto in India
Quo pacto pugno perfregisti brachium?

PYRGOPOLINICES.

Quid, brachium?

ARTOTROGUS.

Illud dicere volui, femur.

---

retur ad spectatores, paululum sese ab ipso averterat: hinc Miles eum quaerit. — *Eccum.* Ecce eum, hic est. *Edepol vel etc.* Quasi interea facinora quaedam Militis narrasset, et nunc in alio pergeret.

26. *Quo pacto.* Qua ratione, quo modo. *Pugno.* Solo pugno, ne gladio quidem l. alio instrumento vsus. *Brachium.* Ad proboscidem, *den Rüssel*, quae Latinis etiam manus dicitur, (vnde ap. Lucretium *anguimani elephanti* vocantur) allusum. Et iocus est ex ambiguo. Significat enim obscure Parasitus, Militem, quem per elephantem notat, dum aliquem olim manu caedere conabatur, paene sibi brachium perfregisse.

27. *Quid brachium?* Indignatur Miles narrationem Parasiti, qui in re tam tenui laudanda versaretur. *Illud dicere volui, femur.* Parasitus quasi vocabulum aptum ei memoria excidisset, bra-

PYRGOPOLINICES.

At indiligenter hic eram.

ARTOTROGUS.

Pol si quidem
Connisus esses, per corium, per viscera,
Perque os elephanti brachium transmitteres.

PYRGOPOLINICES.

Nolo istaec hic nunc.

---

chium mutat in femur. Most. III, 2, 145. *Th. Dormiunt? Tr. Illud quidem, vt conniuent, volui dicere,* et Fragm Frivol. 9. *Tunc papillae primitus fraterculabant; illud volui dicere, sororiabant.*

28. *At indiligenter hic eram.* Parum in hoc negotio laborabam: *ich nahm mich hier nicht recht zusammen.* ἀλλ' ἐνταῦθα ἐῤῥᾳδιουργουν.

29. *Si quidem connisus esses.* Si quidem majoribus vsus fuisses viribus, *wenn du dich angestrengt hättest.*

30. *Per corium — transmitteres.* *Os* pro capite, pars pro toto. *Brachium transmittere per aliquid* est brachio aliquid perfodire. *Transmitteres* pro transmisisses. Cistell. II, 3, 81. *Nam hi intellexes, nunquam credo amitteres.*

31. *Nolo istaec hic nunc.* Sc. commemorari vel narrari. Non placent Militi eiusmodi facta, alia vult.

ARTOTROGUS.

Ne, hercle, operae pretium quidem,
Tibi me enarrare, tuas qui virtutes sciam.
Venter creat omnes has aerumnas. Auribus
Perhaurienda sunt, ne dentes dentiant.

---

32. *Virtutes.* Res gestas, facinora, vt supra. Et re vera, inquit, non opus est, vt ego tibi enarrem, quam bene mihi nota sint, quae tu fecisti.

33. *Venter creat omnes has aerumnas.* Haec loquitur Parasitus rursus oratione ad spectatores a Milite aversa. Parasiti scilicet, *quibus miseris*, vt est Stich. II, 2, 17. *medullam ventris semper percipit fames*, nil tantopere curant, quam ventrem. Archilochus ap. Athen. I. p. 8. ἀλλά σε γαστὴρ νόον τε καὶ φρένας παρήγαγεν ἐς ἀναιδείην i. e. *verum ad impudentiam venter mentem animumque tuum adegit.*

34. *Auribus perhaurienda sunt.* Subintelligendum e sequentibus, quaecunque hic mentietur. *Auribus perhaurire* est omni attentione exaudire: nam *perhaurire* valet usque ad vltimum haurire. Sic Cicero Ep. ad Attic. V, 1 et 6 *mandata exhaurire.* Simili metaphora dicitur φαγεῖν ῥήματα ap. Aristoph. in Gerytade; *edere sermonem* ap. Nostrum Aulul. III, 6, 1. τὰ λεγόμενα καταπίνειν.

Et assentandum est, quicquid hic mentibitur,

---

ap. Galenum de dogm. Hippocratis et Platon. de Rep. Lib III. *bibere mandata* Amph. II, 1, 84. Pers. II, 1, 3. *gustare sermonem* Mostell. V, 1, 15. *orationem auribus devorare*. Poen. V, 2, 9. et Virg. Aen. IV, 359. *vocem auribus haurire*. Caeterum Plautus talem amat geminationem similium, vt Men. I, 1, 29. *domi domitus sui*, et quod statim sequitur, *ne dentes dentiant*. — *Ne dentes dentiant*. Ne doleant, quum invicem atteruntur et concutiuntur fame. *Dentire* h. l. est dentes concutere, *klappern*, quod Graeci dicunt μυλιᾶν. Varro in Pluto ap. Non. II, 28. *Teges ruinae, ne jacentem sub die Ambesset algus, dentienten frigore*. Martial. XIII, 19 *Quid dentem dente juvabit Radere? Carne opus est, si satur esse velis*.

35. *Et assentandum est quicquid*. *Assentari* pro assentiri vt Most. I, 3, 89. Bacch. III, 3, 7. Terent. Eun. II, 2, 22. et *assentari aliquid* dictum est vt assentari omnia ap. Terent. l. c. v. Not. ad Amph. II, 2, 70. — *Mentibitur*. Antique pro mentietur, vt infra II, 2, 99. et ap. Horat. Od. III, 3, 19. *mollibit aversos penates*, et ap. Terent. in Hec. III, 5, 45. *matris servibo commodis*. Eodem fere modo, vt hic Plautinus Artotrogus, loquitur Terentianus Gnatho Eunuch. II, 2, 17 sqq.

PYRGOPOLINICES.

Quid illud quod dico?

ARTOTROGUS.

Hem, scio iam quid vis dicere.
Factum hercle est; memini fieri.

PYRGOPOLINICES.

Quid id est?

ARTOTROGUS.

Quicquid est.

PYRGOPOLINICES.

Habes tabellas?

ARTOTROGUS.

Vis rogare? Habeo et stilum.

---

36. *Quid illud, quod dico? Was wollt ich doch sagen?* *Dico* pro dicere velim. Quasi quaedam secum cogitasset, et inter cogitandum Artotrogi oblitus esset, nunc ad se rediens haec profert Miles.

37. *Memini fieri.* Quicquid est, memini et scio, et tibi assentio, esse verum.

38. *Habes tabellas?* Quibus sc. nomina militum conscribendorum inscribantur, vel conscriptorum inscripta sunt. Solebant autem milites,

PYRGOPOLINICES.

Facete advortis animum tuum ad ani
meum.

ARTOTROGUS.

Noviſſe mores me tuos meditate decet,
Curamque adhibere, vt praevolet mihi qu
velis.

---

et maxime centuriones et ſimiles tabellas ſ
circumferre, in quibus mercenariorum mi
nomina conſcribebant, vt ſcirent, quibus ſt
dium deberetur. *Vis rogare?* Vis mi
conſcribere. Miles enim rogari dicebatur. L
XXXII, 26. *Cum quinque legatis profectus,*
in agris ſacramento rogatis, et arma capere
qui cogebat. — *Habeo et ſtilum.* Ad ſc
dum vel ad delendum ſcriptum in tabellis.
haec enim adhibebatur ſtilus, qui erat penn
ſtar, cuius vna pars acuminata, qua ſcribe
altera obtuſa, qua delebant illud in cera,
ſcripſerant, et ceram rurſus complanabant.

40. *Meditate.* Accurate, ſtudioſe.

41. *Vt praevolet mihi, quo tu v*
Vt quod tu velis, mihi antea praemeditatu
proviſum ſit; ſententiam tuam mea praeve
adeo voluntatem tuam praeoccupem.

PYRGOPOLINICES.

Ecquid meminiſti?

ARTOTROGUS.

Memini, centum in Cilicia
Et quinquaginta, centum Sycolatronidae,
Triginta Sardi, ſexaginta Macedones,
Sunt homines, tu quos occidiſti vno die.

---

42. *Ecquid meminiſti?* Et quid tandem eſt, cuius tu memineris? vel dic tandem, cuius tu memineris. *Memini* cum caſu quarto ſaep. ap. Plaut. e. g. Poen. V, 2, 102. Ciſtell. I, 2, 29. etc. — *Memini centum in Cilicia* etc. Notentur glorioforum mores, quibus non ſatis eſt, ſummatim facinora ſua praedicare, niſi etiam ordine numerantur. v. Caſaub. ad Theophr. p. 545 ſq.

43. *Sycolatronidae.* Sycolatronida eſt nomen loci, fictum ex ψύχη et latrones, quaſi dicas locum, vbi multae militum animae ſ. vmbrae vagantur. Nam animae ſepultis cadaveribus circumvolitare credebantur. *Syco* vero pro ψυχε antique ſcribitur. Nam *pſ* in antiqua lingua latina non erat, nec vlla litera adſpirata. v. Cicer. Orat. Cap. 48.

45. *Sunt omnes, quos tu* etc. Hos omnes tu occidiſti vno die, vel tu occidiſti. Cf. cum iſto loco Curc. III, 72 ſqq.

PYRGOPOLINICES.

Quid here dixerunt tibi?

ARTOTROGUS.

Rogitabant: hiccine Achilles est, inquit, tibi? Imo eius frater, inquam. Innuit illarum altera:

ἀναλάβειν, euntem aut fugientem retrahere. Terent. Adelph. Prol. 14. *Tempus elapsum semel Non ipse possit Jupiter reprehendere.* Caeterum abrupta esse videtur oratio; fortasse addere volebat Parasitus, *ad me dicerent.*

Miles, totus in amore mulierum, ne exspectare quidem potest, dum Artotrogus vltro ei narret, quae illae dixerint; quaerit ergo hoc ipsum ex Parasito.

61. *Achilles.* Omnium Graecorum pulcherrimus et fortissimus, quemadmodum contra Thersites deformissimus et ignavissimus; quo factum est, quod inusitatae fortitudinis et summi roboris homines Achilles sint nominati. Hinc Ἀχίλλειον πνέειν i. e. *Achilleum spirare* dicitur is, qui excelso est animo, et qui ingenuam nobilitatem toto corporis filo moribusque prae se fert, ap. Heliod. Hist. Aethiop. L. II. et IV. *Inquit.* Sc. vna earum.

62. *Imo eius frater.* Quem sc. nunquam habuit. *Annuit illa.* Nutu assensa est, nutu, quod dixeram, approbavit.

Ergo mecastor pulcher est, inquit, mihi
Et liberalis. Vide, caesaries quam decet!
Nae illae sunt fortunatae, quae cum isto cubant!

PYRGOPOLINICES.

Itane ajebant tandem?

---

63. *Ergo.* Contestantis vox pro certe, sane, re vera, re ipsa *Mecastor.* Muliebre juramentum. Negant Varro et A. Gellius, vsquam ap. idoneum scriptorem reperiri, aut *mehercule* foeminam dicere; aut *mecastor* virum. Et nefarium id ac piaculare adeo fuisse, quia foeminae Herculaneo sacrificio abstinerent, viri Eleusiniis initiis. Sed saepius ap. Plautum certe id non esse observatum supra annotatum est.

64. *Liberalis.* Ingenuus. *Caesaries.* Coma virilis. Graeci sc. comam alere consueverunt. Non inepte autem a caesarie laudatur Miles a mulieribus: nam Homero bene comatus est Achilles et Philostratus scribit, Achillem habuisse caesariem densam, auro micantiorem apteque compositam.

66. *Itane aiebant tandem?* Hoc genus loquendi vsurpabant, cum interrogarent ea de re, quae admirationem atque etiam molestiam afferret; vnde sequitur *Nimia est miseria* etc. Terent. Heaut. V, 2, 1. Phorm. I, 5, 1. Similia sunt illa: *Itane? Itane est? Itane vero? Ain' tu? Ain' tandem?*

ARTOTROGUS.

Quae me ambae obsecraverint,
Vt te hodie quasi pompam illa praeterducerem.

PYRGOPOLINICES.

Nimia est miseria, pulchrum esse hominem nimis.

---

67. *Quasi pompam.* Quasi deum, qui Romae Circensium ludorum diebus solenni pompa carpentis traducebatur. *Pompa* proprie est transvectio solemnis, qua per vrbem varia spectatu digna, partim animalia, partim homines incedebant, partim omnis generis suppellex, aurum, argentum, pocula etc. deportabantur; item deorum signa, tabulae pictae etc. Sic Cistell. I, 1, 92. *Per Dionysia Mater pompam me spectatum duxit. Illa* pro illac. *Praeterducerem. Vorüber führen möchte. Praeter* hic valet ante, vt Cicer. in Verr. III, 61, 25. et Stich. III, 2, 7. *Praeter pedes mustela mihi murem abstulit* Poen. Prol. 19. *Neu designator praeter os obambulet.*

68. *Nimia est miseria* etc. Donatus ad Terent. Eun. IV, 7, 19. *Animadverte*, inquit, *quantam vim habeant ad delectandum in Comoediis severae sententiae, cum a ridiculis personis proferuntur, quale est ap. Plautum, vbi Miles formam suam ad-*

ARTOTROGUS.

Molestae sunt mihi, orant, ambiunt, obsecrant,
Videre vt liceat; ad sese arcessi jubent,
Vt tuo non liceat operam dare negotio.

---

mirans ait: Nimia est etc. Vel vbi Parasitus Capt. I, 2, 62. de Hegione dicit: *Vt saepe summa ingenia in occulto latent.* *Pulcher*, qui egregia facie est, aut splendido ornatu; *Formosus*, qui decora specie aut apto totius corporis habitu excellit.

69. *Orant, ambiunt, obsecrant.* Gradatio. *Ambiunt*, magis orant.

70. *Videre vt liceat.* Vt ipsis licitum sit, te videre. Capt. III, 2, 12. *Dico esse eum Apud me. Hic extemplo orat, obsecratque, eum sibi vt liceat Videre.* *Ad sese arcessi jubent.* Sc. me, *sie lassen mich zu sich rufen.*

71. *Vt non.* Eventum denotat, *vt ne* finem: adeo vt mihi non liceat tuae rei gerendae operam dare. Caeterum multa cum hoc nostro loco habet similia locus J. D. Falkii in Amphitruone V, 6. init.

Thraso. *Macht meine Ankunft, Licht, schon in der Stadt Rumor?*
Licht. *Den ungeheuersten! — Man spricht davon in Stadt und Thor;*
An allen Brunnen und auf allen Strassen;
Ich darf mich gar nicht sehen lassen:

PYRGOPOLINICES.

Videtur tempus esse, vt eamus ad forum;
Vt in tabellis quos consignavi hic heri
Latrones, ibus dinumerem stipendium.

So gehn die Thüren und die Fenster auf,
Und mich umringt sogleich ein Weiberhauf!
Man steckt mir Briefchen, Liebespfänder zu;
Kurz, man verfolgt mich, ohne Rast und Ruh!
Was ist's? — Man weiss, Herr Thraso, dass wir Freunde sind,
Und meine Fürsprach' sucht darum manch schönes Kind!
Ich thue was ich kann; ich bin zum Dienst bereit:
Allein, Herr Thraso, dass euch's Gott verzeiht!
Ihr mögt mir's glauben, oder nicht; doch sollt ihr wissen:
Das ist nun schon der fünfte Rockschooss heut,
Den man mir euretwegen abgerissen.

73. *Vt in tabellis* etc Ordo: vt dinumerem stipendium ibus sc. latronibus, quos heri hic consignavi in tabellis.

74. *Dinumerem stipendium.* Dissolvam mercedem militiae. Militum tam apud Graecos, quam Romanos duo erant genera: illi sumtu suo militabant et *Assidui* dicebantur; hi publico, et *Aerarii* atque *Metelli* sunt nominati. *Latrones* i. e. milites, ἀπὸ τῆς λατρείας: ii et λειτουργοί.

Nam rex Seleucus me opere oravit maxumo,
Ut ſibi latrones cogerem et conſcriberem.
Regi hunc diem mihi operam decretum eſt dare.

ARTOTROGUS.

Age eamus ergo.

PYRGOPOLINICES.

Sequimini ſatellites!

Λατρεύειν eſt obſequi, et mercede ſervire, et *latrocinari* pro militare Latinis in vſu fuiſſe, norunt omnes. Servius ad illud Virg. Aen. XII, 7. 8. *Fixumque latronis Impavidus frangit telum* etc. *Modo*, inquit, *latronis, et eſt graecum: nam* λατρεύειν *dicunt obſequi, et mercede ſervire: vnde latrones vocantur conducti milites. Moris autem erat, vt hos imperator et circa ſe haberet et primos ad omne discrimen mitteret* etc. *Ibus* pro iis, ut *hibus* pro his, Curc. IV, 2, 20.

75. *Opere oravit maxumo.* Maximopere oravit.

76. *Cogerem.* Colligerem, συνάγοιμι. *Conſcriberem.* Solemnis hac in re formula loquendi. Graece καταλέγειν e. g. apud Xiphilinum in Galba: τοῖς δορυφόροις αἰτοῦσι χρήματα οὐκ ἔδωκε, καὶ ἔφη γε· ὅτι καταλέγειν στρατιώτας, ἀλλ' οὐκ ἀγοράζειν, εἴωθα.

77. *Hunc diem.* Per hunc diem, hoc die.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA I.

Haec scena prologi loco est, vel potius ipse est prologus; nam totius fabulae argumentum in ea narratum est.

PALAESTRIO.

Mihi ad enarrandum hoc argumentum est comitas,
Si ad auſcultandum voſtra erit benignitas.

79—82. Introitus, quo ad ſilentium, ordinemque in theatro obſervandum, provocat ſpectatores, vt Amph. Prol. 15. Solemne hoc erat, ap. Plautum, Terentium ceterosque. Quilibet prologus de hac re teſtis. Magni enim tumultus interdum erant in theatro.

79. *Mihi est comitas.* Comis i. e. prodigus ero in enarrando etc. Ita *comis* vſurpatum Trin. II, 2, 24. *Fit ipse, dum illis comis est, inops amator.* Rud. Prol. 38. *Rem bene paratam comitate perdidit.* Cf. Trin. II, 2, 52. *per comitatem* ſc. rem perdidit.

80. *Benignitas.* Si vos profuſi eritis in auſcultando. Sic Truc. I, 1, 13. 20. I, 2, 80. Epid. V, 2, 44. Terent. Hec. V, 2, 1. 2. *Nihil apud me tibi deſieri patiar, quin, quod opus ſit, Benigne prae-*

Qui autem auscultare nolit, exsurgat foras,
Ut sit, vbi sedeat ille, qui auscultare volt.
Nunc, qua assedistis caussa in festivo loco,
Comoediai, quam modo acturi sumus,
Et Argumentum et Nomen vobis eloquar.

---

beatur. Horat. Sat. I, 2, 5. *Quippe benignus erat.* Sensus: *Wenn ihr nicht karg seyn wollt, mir zuzuhören, so will ich auch freygebig mit Erzählen seyn.* Cf. Merc. Prol. 14. 15.

81. *Exsurgat foras.* Surgat et exeat foras.

82. *Vt sit* sc. locus. *Vbi sedeat.* Antiquis temporibus stantes spectabant; mox sibi subsellia quivis afferebat; postea demum sedilia cum porticibus et scalis etiam de lapidibus erecta fuerunt. Qui locos in theatris spectatoribus distribuebant, *dissignatores* dicebantur; qui proprie sunt funerum mancipes et ordinatores: nam dissignare est ordinare. Notus est dissignator Oceanus ap. Martialem.

83. *Nunc, qua assedistis* etc. Ordo et sententia est: Nunc vobis eloquar et argumentum et nomen Comoediae, quam nos modo acturi sumus, et cuius spectandae et audiendae gratia vos consedistis in festivo loco.

Alazon Graece huic nomen est Comoediae,
Id nos Latine *Gloriosum* dicimus.

---

86. *Alazon.* Ostentator arrogans, et, vt Plautus ipse interpretatus est, *gloriosus.* Theophrastus Charact. C. 23 describit ἀλαζονείαν vt προσδοκίαν τινῶν ἀγαθῶν οὐκ ὄντων i. e. *inanem bonorum quorundam, quae non adsint, ostentationem;* et Aristoteles de Morib. ad Nicomach. IV, 6. scribit: ἀλάζονα plus sibi tribuere eorum, quae laudi et gloriae vertuntur, quam re vera insit; et ei opponit εἴρωνα, qualis fuit ap. Graecos Socrates, apud Romanos Laelius. Notant vero grammatici graeci, proprium esse Atticis, vt non gloriosum tantum, sed quemvis mendacem ἀλάζονα appellent, et ἀλαζονεύεσθαι eisdem esse mentiri. Sic Aeschines orator appellat ἀλαζόνας homines mendaces et vanos, cum dicit: οἱ ἀλαζόνες, ὅταν τι ψεύδονται ἀόριστα καὶ ἀσαφῆ πειρῶνται λέγειν, φοβούμενοι τὸν ἔλεγχον; et Isocrates in Panathen. ἀλαζονεύεσθαι dicit pro ψευδολογεῖν. Cf. Lucian. Dial. Meretr. de Leonticho. Vid. Casaubon. ad Theophr. Char. p. 210. 342. 347. Ἀλαζόνες dicuntur etiam, περιαυτολόγοι, de se loquentes, sua iactantes. — Cuius vero Comoediographi Graeci iste fuerit Ἀλαζών, non constat; cum in iis Comicorum graecorum fabulis, quorum nomina nobis Athenaei vel aliorum grammaticorum diligentia servavit, nulla hoc occurrat titulo. For-

Hoc oppidum Ephesu'st. Miles meus est herus,
Qui hinc ad forum abiit, gloriosus, impudens,
Stercoreus, plenus periurii atque adulterii.

---

tasse sub alio nomine ab aliquo nominata et allata est; nam saepe ita factum, vt nomina mutarent. v. Donat. ad Terent. Phorm. in Praefat. *Hanc Comoediam, inquit, manifestum est prius ab Apollodoro sub alio nomine h. e.* 'Επιδικαζόμενον, *graece scriptam esse.* Menandri certe erat Comoedia Colax, in qua, vt hic, Parasitus Colax et Miles gloriosus. v. Terent. Prol. Eun. 30. Exstabat autem et alia Fabula Plauti sub eo nomine v. Nonius in voce Batiolum. Sed et Phasma et Mostellaria vna eademque est fabula sub duobus titulis. v. Not. ad Most. III, 2, 39. Etiam Diphilus scripsit Eunuchum s. Militem, quam fabulam ante oculos forsasse habuit Plautus. Sed haec coniecturae sunt. Parasitis enim et Militibus gloriosis admodum in theatro delectabantur veteres.

88. *Ephesum.* Pro Ephesus, vt et in aliis faciunt Latini. In regula scena dramatis erat Athenis; interdum tamen fingitur scena dramatis esse non Athenis Atticis, sed in alia vrbe Graeciae. v. Prol. Men. 8.

90. *Stercoreus.* Stercoris instar putidus, *Plenus periurii atque adulterii.* Periuriosus, perfidus et adulterii cupidus.

Ait, sese vltro omnes mulieres sectarier.
Is deridiculu'st, quaqua incidit, omnibus.
Itaque hic meretrices, labiis dum ductant eum
Maiorem partem, videas valgis saviis;

---

91. *Ait, sese vltro omnes mulieres sectarier.* Ait, mulieres vltro i. e. non vócatas aut rogatas se sectari. Sermo quidem ambiguus, sed quae sit sententia, satis apparet. Significat enim Palaestrio, dicere Militem, se a mulieribus vltro peti et coli.

92. *Deridiculu'st.* Valde ridiculus est. *Quaqua.* Quacunque sc. via.

93. *Itaque hic meretrices - saviis.* Et hanc ob caussam, quoniam meretrices ore distorto eum derident, vel subsannant, hoc loco easdem majorem partem temporis videre est labris distortis, ore prave distorto. Hoc voluit poëta, nimis poetice. *Labiis ductare* h. l. i. q. διαμωκᾶσθαι, quod proprie dicitur de his, qui ore vultuque distorto, et valgis labiis (*schiefen Mäulern*) non salibus et dicacitate, aliquem derident.

94. *Majorem partem.* Vel de meretricibus vel de tempore intelligi potest, vt Poen. I, 3, 4. *Majorem partem in ore habitas meo.* *Valgis saviis.* *Valga savia* sunt labra inter subsannandum distorta. Vt *osculum*, quod proprie est parvum

Nam ego haud diu apud hunc ſervitutem ſervio.
Id volo vos ſcire, quomodo ad hunc devenerim
In ſervitutem, ab eo, quoi ſervivi prius.
Date operam; nam nunc argumentum exordiar.

Erat herus Athenis mihi adoleſcens optumus;
Is amabat meretricem matre Athenis Atticis,

---

os, ſumitur pro ſuavio ſ. baſio; ſic contra *ſuavium*, quod proprie eſt baſium, ſumitur viciſſim pro ore ſ. labris. Anonymus ap. Gellium N. A. X, 3, *Dum ſemihulco ſuavio meam puellam ſuavior.* *Valgum* vero quid ſit, docet Feſtus: *Valgos, Opilius, Aurelius aliique complures aiunt dici, qui diverſas ſuras habent; ſicut e contrario vari dicuntur incurva crura habentes.*

95. *Servitutem ſervio.* Vt *pugnare pugnam, gaudere gaudium, vovere vota, machinari machinam, facere facinus* etc.

97. *Quoi ſervivi prius.* Is erat Pleuſides.

98. *Date operam.* Sc. mihi h. e. diligentes attentite et adeſte animis.

100. *Matre Athenis Atticis.* Nata matre Athenis Atticis oriunda: vt Merc. V, 2, 99. *hoſpes Zacyntho,* pro Zacynthius, vel Zacyntho oriundus. Aſin. II, 4, 92. *Periphanes Rhodo mercator Dives.* Terent. Phorm. IV, 3, 75. *Lemno vxor.*

Et illa illum contra, qui est amor cultu optumus.

Is publice legatus Naupactum hinc fuit,
Magnai reipublicai gratia.

---

101. *Cultu optimus.* Quem amorem mutuum colere, optimum est. Sic Cistell. II, 3, 43. *Is amore projectitiam illam deperit. Et illa hunc contra; qui est amor suavissimus.* Vocatur eiusmodi amor ἀμφιθαλὴς ἔρως Aristophani Avib. in fin. *Amorem* autem *colere* dicitur, sicuti *amicitiam colere* Cistell. I, 1, 37. *servitutem colere* etc. Graeci eodem fere modo vtuntur voce τρέφειν e. g. Soph. in Aj. 918 οἵας λατρείας ἀνθ' ὅσου ζήλου τρέφει. v. Casaub. ad Athen. p. 549. *Dolos colere* est Capt. II, 1, 26.

102. *Naupactum.* Naupactus erat vrbs, ita dicta a compingendis navibus, quod illic Heraclidae primum navim exstruxerint, et ea non minima, in Aetolia quidem ad oras sinus Corinthiaci sita, sed saepe in potestate Locrorum, qui Ozolae dicuntur, aut etiam Achaeorum. Nunc eius nomen est *Lepanto.* Ab ista vrbe ductum est proverbium: *Excubias agere in Naupacto,* Φρουρῆσαι ἐν Ναυπάκτῳ in eos, qui frustra sudarent, quosque sua spes frustraretur. v. Suidas.

103. *Magnai reipublicai.* Genitivi antiqui p. magnae reipublicae.

Interibi vt hic Miles forte Athenas advenit,
Insinuat sese ad illam amicam heri mei,
Occoepit eius matri suppalparier
Vino, ornamentis, opiparisque obsoniis;
Itaque intimum ibi se Miles apud lenam facit.

---

105. *Insinuat sese ad illam* etc. – Sic Cistell. I, 1, 91. *Quo is homo insinuavit pacto se ad te*, et ibid. vs. 94. *Inde in amicitiam insinuavit cum matre, et mecum simul Blanditiis, muneribus, donis.*

106. *Suppalparier.* Suppalpari i. e. blandiri. Poen. I, 2, 144. *Exora, blandire, expalpa. Palpari* et palpo percutere (Merc. I, 2, 42) proprie est molli et blando manus plausu tangere et contrectare, ac veluti poppismo (*Händeklatschen*) demulcere, vt de equis Virg. Georg. III. *et plausae sonitum cervicis amare.* Hinc sumitur pro blandiri, assentari et adulari, et tam cum accus. quam dat. casu constructum reperitur.

107. *Ornamentis.* Ornamenta sunt ea, quae gestamus corpore induti, quibus mirum quantum inescantur Lenae s. magis meretrices, *Shawls, Medaillons, Armbänder* etc. *Opiparisque obsoniis.* *Mit herrlichen, leckern Tractamenten, Gastereien u. guten Bisschen.*

108. *Itaque.* Et ita, et hoc modo. *Intimum.* Amicum familiarissimum et eximium, et eiusmodi,

PYRGOPOLINICES.

Videtur tempus esse, vt eamus ad forum;
Vt in tabellis quos consignavi hic heri
Latrones, ibus dinumerem stipendium.

So gehn die Thüren und die Fenster auf,
Und mich umringt sogleich ein Weiberhauf!
Man steckt mir Briefchen, Liebespfänder zu;
Kurz, man verfolgt mich, ohne Rast und Ruh!
Was ist's? — Man weiss, Herr Thraso, dass wir Freunde sind,
Und meine Fürsprach' sucht darum manch schönes Kind!
Ich thue was ich kann; ich bin zum Dienst bereit:
Allein, Herr Thraso, dass euch's Gott verzeiht!
Ihr mögt mir's glauben, oder nicht; doch sollt ihr wissen:
Das ist nun schon der fünfte Rockschooss heut,
Den man mir euretwegen abgerissen.

73. *Vt in tabellis* etc Ordo: vt dinumerem stipendium ibus sc. latronibus, quos heri hic consignavi in tabellis.

74. *Dinumerem stipendium.* Dissolvam mercedem militiae. Militum tam apud Graecos, quam Romanos duo erant genera: illi sumtu suo militabant et *Assidui* dicebantur; hi publico, et *Aerarii* atque *Metelli* sunt nominati. *Latrones* i. e. milites, ἀπὸ τῆς λατρείας: ii et λειτουργοί.

Nam rex Seleucus me opere oravit maxumo,
Ut sibi latrones cogerem et conscriberem.
Regi hunc diem mihi operam decretum est dare.

ARTOTROGUS.

Age eamus ergo.

PYRGOPOLINICES.

Sequimini satellites!

Λατρεύειν est obsequi, et mercede servire, et *latrocinari* pro militare Latinis in vsu fuisse, norunt omnes. Servius ad illud Virg. Aen. XII, 7. 8. *Fixumque latronis Impavidus frangit telum* etc. *Modo*, inquit, *latronis, et est graecum: nam λατρεύειν dicunt obsequi, et mercede servire: vnde latrones vocantur conducti milites. Moris autem erat, vt hos imperator et circa se haberet et primos ad omne discrimen mitteret* etc. *Ibus* pro iis, ut *hibus* pro his, Curc. IV, 2, 20.

75. *Opere oravit maxumo.* Maximopere oravit.

76. *Cogerem.* Colligerem, συνάγοιμι. *Conscriberem.* Solemnis hac in re formula loquendi. Graece καταλέγειν e. g. apud Xiphilinum in Galba: τοῖς δορυφόροις αἰτοῦσι χρήματα οὐκ ἔδωκε, καὶ ἔφη γε· ὅτι καταλέγειν στρατιώτας, ἀλλ' οὐκ ἀγοράζειν, εἴωθα.

77. *Hunc diem.* Per hunc diem, hoc die.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA I.

Haec ſcena prologi loco eſt, vel potius ipſe eſt prologus; nam totius fabulae argumentum in ea narratum eſt.

PALAESTRIO.

Mihi ad enarrandum hoc argumentum eſt comitas,
Si ad auſcultandum voſtra erit benignitas.

79—82. Introitus, quo ad ſilentium, ordinemque in theatro obſervandum, provocat ſpectatores, vt Amph. Prol. 15. Solemne hoc erat, ap. Plautum, Terentium ceterosque. Quilibet prologus de hac re teſtis. Magni enim tumultus interdum erant in theatro.

79. *Mihi eſt comitas.* Comis i. e. prodigus ero in enarrando etc. Ita *comis* vſurpatum Trin. II, 1, 24. *Fit ipſe, dum illis comis eſt, inops amator.* Rud. Prol. 38. *Rem bene paratam comitate perdidit.* Cf. Trin. II, 2, 52. *per comitatem* ſc. rem perdidit.

80. *Benignitas.* Si vos profuſi eritis in auſcultando. Sic Truc. I, 1, 13. 20. I, 2, 80. Epid. V, 2, 44. Terent. Hec. V, 2, 1. 2. *Nihil apud me tibi deſieri patiar, quin, quod opus ſit. Benigne prae-*

Qui autem auscultare nolit, exsurgat foras,
Ut sit, vbi sedeat ille, qui auscultare volt.
Nunc, qua assedistis caussa in festivo loco,
Comoediai, quam modo acturi sumus,
Et Argumentum et Nomen vobis eloquar.

---

beatur. Horat. Sat. I, 2, 5. *Quippe benignus erat.* Sensus: *Wenn ihr nicht karg seyn wollt, mir zuzuhören, so will ich auch freygebig mit Erzählen seyn.* Cf. Merc. Prol. 14. 15.

81. *Exsurgat foras.* Surgat et exeat foras.

82. *Vt sit* sc. locus. *Vbi sedeat.* Antiquis temporibus stantes spectabant; mox sibi subsellia quivis afferebat; postea demum sedilia cum porticibus et scalis etiam de lapidibus erecta fuerunt. Qui locos in theatris spectatoribus distribuebant, *dissignatores* dicebantur; qui proprie sunt funerum mancipes et ordinatores: nam dissignare est ordinare. Notus est dissignator Oceanus ap. Martialem.

83. *Nunc, qua assedistis* etc. Ordo et sententia est: Nunc vobis eloquar et argumentum et nomen Comoediae, quam nos modo acturi sumus, et cuius spectandae et audiendae gratia vos consedistis in festivo loco.

Alazon Graece huic nomen est Comoediae,
Id nos Latine *Gloriosum* dicimus.

---

86. *Alazon.* Ostentator arrogans, et, vt Plautus ipse interpretatus est, *gloriosus.* Theophrastus Charact. C. 23 describit ἀλαζονείαν vt προσδοκίαν τινῶν ἀγαθῶν οὐκ ὄντων i. e. *inanem bonorum quorundam, quae non adsint, ostentationem;* et Aristoteles de Morib. ad Nicomach. IV, 6. scribit: ἀλάζονα plus sibi tribuere eorum, quae laudi et gloriae vertuntur, quam re vera insit; et ei opponit εἴρονα, qualis fuit ap. Graecos Socrates, apud Romanos Laelius. Notant vero grammatici graeci, proprium esse Atticis, vt non gloriosum tantum, sed quemvis mendacem ἀλάζονα appellent, et ἀλαζονεύεσθαι eisdem esse mentiri. Sic Aeschines orator appellat ἀλαζόνας homines mendaces et vanos, cum dicit: οἱ ἀλαζόνες, ὅταν τι ψεύδονται ἀόριστα καὶ ἀσαφῆ πειρῶνται λέγειν, φοβούμενοι τὸν ἔλεγχον; et Isocrates in Panathen. ἀλαζονεύεσθαι dicit pro ψευδολογεῖν. Cf. Lucian. Dial. Meretr. de Leonticho. Vid. Casaubon. ad Theophr. Char. p. 210. 342. 347. Ἀλαζόνες dicuntur etiam, περιαυτολόγοι, de se loquentes, sua iactantes. — Cuius vero Comoediographi Graeci iste fuerit Ἀλαζών, non constat; cum in iis Comicorum graecorum fabulis, quorum nomina nobis Athenaei vel aliorum grammaticorum diligentia servavit, nulla hoc occurrat titulo. For-

Hoc oppidum Ephesu'st. Miles meus est herus,
Qui hinc ad forum abiit, gloriosus, impudens,
Stercoreus, plenus periurii atque adulterii.

---

tasse sub alio nomine ab aliquo nominata et allata est; nam saepe ita factum, vt nomina mutarent. v. Donat. ad Terent. Phorm. in Praefat. *Hanc Comoediam*, inquit, *manifestum est prius ab Apollodoro sub alio nomine h. e.* Ἐπιδικαζόμενον, *graece scriptam esse.* Menandri certe erat Comoedia Colax, in qua, vt hic, Parasitus Colax et Miles gloriosus. v. Terent. Prol. Eun. 30. Exstabat autem et alia Fabula Plauti sub eo nomine v. Nonius in voce Batiolum. Sed et Phasma et Mostellaria vna eademque est fabula sub duobus titulis. v. Not. ad Most. III, 2, 39. Etiam Diphilus scripsit Eunuchum s. Militem, quam fabulam ante oculos fortasse habuit Plautus. Sed haec conjecturae sunt. Parasitis enim et Militibus gloriosis admodum in theatro delectabantur veteres.

88. *Ephesum.* Pro Ephesus, vt et in aliis faciunt Latini. In regula scena dramatis erat Athenis; interdum tamen fingitur scena dramatis esse non Athenis Atticis, sed in alia vrbe Graeciae. v. Prol. Men. 8.

90. *Stercoreus.* Stercoris instar putidus, *Plenus periurii atque adulterii.* Periuriosus, perfidus et adulterii cupidus.

Ait, sese vltro omnes mulieres sectarier.
Is deridiculu'st, quaqua incidit, omnibus.
Itaque hic meretrices, labiis dum ductant eum
Maiorem partem, videas valgis saviis;

---

91. *Ait, sese vltro omnes mulieres sectarier.* Ait, mulieres vltro i. e. non vocatas aut rogatas se sectari. Sermo quidem ambiguus, sed quae sit sententia, satis apparet. Significat enim Palaestrio, dicere Militem, se a mulieribus vltro peti et coli.

92. *Deridiculu'st.* Valde ridiculus est. *Quaqua.* Quacunque sc. via.

93. *Itaque hic meretrices - saviis.* Et hanc ob causam, quoniam meretrices ore distorto eum deridens, vel subsannant, hoc loco easdem majorem partem temporis videre est labris distortis, ore prave distorto. Hoc voluit poëta, nimis poetice. *Labiis ductare* h. l. i. q. διαμωκᾶσθαι, quod proprie dicitur de his, qui ore vultuque distorto, et valgis labiis (*schiefen Mäulern*) non salibus et dicacitate, aliquem derident.

94. *Majorem partem.* Vel de meretricibus vel de tempore intelligi potest, vt Poen. I, 3, 4. *Majorem partem in ore habitas mèò.* *Valgis saviis.* *Valga savia* sunt labra inter subsannandum distorta. Vt *osculum*, quod proprie est parvum

Nam ego haud diu apud hunc ſervitutem ſervio.
Id volo vos ſcire, quomodo ad hunc devenerim
In ſervitutem, ab eo, quoi ſervivi prius.
Date operam; nam nunc argumentum exordiar.
Erat herus Athenis mihi adoleſcens optumus;
Is amabat meretricem matre Athenis Atticis,

---

os, ſumitur pro ſuavio ſ. baſio; ſic contra *ſuavium*, quod proprie eſt baſium, ſumitur viciſſim pro ore ſ. labris. Anonymus ap. Gellium N. A. X, 3. *Dum ſemihulco ſuavio meam puellam ſuavior.* *Valgum* vero quid ſit, docet Feſtus: *Valgos, Opilius, Aurelius aliique complures aiunt dici, qui diverſas ſuras habent; ſicut e contrario vari dicuntur incurva crura habentes.*

95. *Servitutem ſervio.* Vt *pugnare pugnam, gaudere gaudium, vovere vota, machinari machinam, facere facinus* etc.

97. *Quoi ſervivi prius.* Is erat Pleuſides.

98. *Date operam.* Sc. mihi h. e. diligentes attentite et adeſte animis.

100. *Matre Athenis Atticis.* Nata matre Athenis Atticis oriunda: vt Merc. V, 2, 99. *hospes Zacyntho*, pro Zacynthius, vel Zacyntho oriundus. Aſin. II, 4, 92. *Periphanes Rhodo mercator Dives.* Terent. Phorm. IV, 3, 75. *Lemno vxor.*

Et illa illum contra, qui est amor cultu optumus.
Is publice legatus Naupactum hinc fuit,
Magnai reipublicai gratia.

---

101. *Cultu optimus.* Quem amorem mutuum colere, optimum est. Sic Cistell. II, 3, 43. *Is amore projectitiam illam deperit. Et illa hunc contra; qui est amor suavissimus.* Vocatur eiusmodi amor ἀμφιθαλὴς ἔρως Aristophani Avib. in fin. *Amorem* autem *colere* dicitur, sicuti *amicitiam colere* Cistell. I, 1, 37. *servitutem colere* etc. Graeci eodem fere modo vtuntur voce τρέφειν e. g. Soph. in Aj. 918 οἵας λατρείας ἀνθ' ὅσου ζήλου τρέφει. v. Casaub. ad Athen. p. 549. *Dolos colere* est Capt. II, 1, 26.

102. *Naupactum.* Naupactus erat vrbs, ita dicta a compingendis navibus, quod illic Heraclidae primum navim exstruxerint, et ea non minima, in Aetolia quidem ad oras sinus Corinthiaci sita, sed saepe in potestate Locrorum, qui Ozolae dicuntur, aut etiam Achaeorum. Nunc eius nomen est *Lepanto*. Ab ista vrbe ductum est proverbium: *Excubias agere in Naupacto*, φρουρῆσαι ἐν Ναυπάκτῳ in eos, qui frustra sudarent, quosque sua spes frustraretur. v. Suidas.

103. *Magnai reipublicai.* Genitivi antiqui p. magnae reipublicae.

Interibi vt hic Miles forte Athenas advenit,
Inſinuat ſeſe ad illam amicam heri mei,
Occoepit eius matri ſuppalparier
Vino, ornamentis, opipariſque obſoniis;
Itaque intimum ibi ſe Miles apud lenam facit.

---

105. *Inſinuat ſeſe ad illam* etc. Sic Ciſtell. I, 1, 91. *Quo is homo inſinuavit pacto ſe ad te*, et ibid. vſ. 94. *Inde in amicitiam inſinuavit cum matre, et mecum ſimul Blanditiis, muneribus, donis.*

106. *Suppalparier.* Suppalpari i. e. blandiri. Poen. I, 2, 144. *Exora, blandire, expalpa. Palpari* et palpo percutere (Merc. I, 2, 42) proprie eſt molli et blando manus plauſu tangere et contrectare, ac veluti poppiſmo (*Händeklatſchen*) demulcere, vt de equis Virg. Georg. III. *et plauſae ſonitum cervicis amare.* Hinc ſumitur pro blandiri, aſſentari et adulari, et tam cum accuſ. quam dat. caſu conſtructum reperitur.

107. *Ornamentis.* Ornamenta ſunt ea, quae geſtamus corpore induti, quibus mirum quantum ineſcantur Lenae ſ. magis meretrices, *Shawls, Medaillons, Armbänder* etc. *Opipariſque obſoniis. Mit herrlichen, leckern Tractamenten, Gaſtereien, guten Biſschen.*

108. *Itaque.* Et ita, et hoc modo. *Intimum.* Amicum familiariſſimum et eximium, et eiusmodi,

Vbi primum evenit Militi huic occasio,
Sublinit os illi lenae, matri mulieris,

---

vt quovis tempore domum intromitteretur, et ad omnia consilia arcana adhiberetur. Terent Eun. I, 2, 47. *Tute sis, post illa quam intumum Habeam te, et mea consilia vt tibi credam omnia.* Cicero in Catil. 2, 18. *Nemo est in ludo gladiatorio paullo ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinae fateatur.* Qui primas vero partes apud amicam tenebat *amator potissimus* Men. II, 3, 9. vel *primus* Ter. Eun. I, 2, 10, vocabatur. Hinc Cas. I, 1, 24. *amicae potiorem fieri* est ita insinuare et conciliare se amicae, vt pulsis rivalibus solus et primus placeat, et regnet in exoptatis amoribus (*Hahn im Korbe*). Talem vocat. Terent. Hec. I, 1, 9. *eximium.*

110. *Sublinit os.* Fallit, decipit. *Sublinere* proprie est clam linere; *sub* enim in compos. valet *clam*, vt Graec. ὑπὸ e. g. in ὑπεκφεύγειν clam aufugere. *Sublinere* vero *os* est ἐπιστομίζειν, fallere, speciosis verbis circumvenire, arte quadam illudere, et decipere demulcendo, (*das Hälmlein durchs Maul ziehen, einen blauen Dunst vormachen*). Capt. III, 4, 123. *Ita mihi stolido sursum vorsum os sublevere offuciis.* Graecis quoque vsitatum ὑπίλλειν στόμα. Tractum censet Nonius a ridiculo quodam lusus genere, quo dormientibus aut alioquin impruden-

Quam herus meus amabat. Nam is illius filiam
Coniicit in navem Miles, clam matrem suam,
Eamque invitam huc mulierem in Ephesum avehit.
Ego quantum possum, vnus mihi navem paro,
Vt amicam herilem Athenis avectam scio;
Inscendo, vt eam rem Naupactum ad herum nunciem.

---

tibus ora pingebantur. Alii aliter hanc phrasin explicant.

112. *Clam matrem suam.* Clam matre sua, Sic Amph. Prol. 107. *Is amare occoepit Alcumenam clam virum.* *Suam* autem h. l. reciprocatur ad filiam.

113. *In Ephesum avehit.* Sic Pseud. IV, 6, 36. *in Sicyonem abduxit.* Propert. Eleg. II, 32. *Cur te in Herculeum deportant esseda Tibur.*

114. *Quantum possum.* Quam bene, quam celeriter possum. *Vnus.* Quasi comites non exspectarit, sed solus sibi statim navim conduxerit.

115. *Vt.* Vbi, postquam.

116. *Inscendo.* Sc. navem. Sic Cicero aliquoties *conscendere* absolute pro navem conscendere.

Vbi sumus provecti in altum, fit quod volunt,
Capiunt praedones navem illam, vbi vectus fui;
Prius perii, quam ad herum veni, quo ire occoeperam.
Ille, qui me cepit, dat me huic dono Militi.
Hic, postquam in aedes me ad se duxit domum,
Video illam amicam herilem, Athenis quae fuit.
Vbi contra aspexit me, oculis mihi signum dedit,
Ne se appellarem; deinde, postquam occasio est,
Conqueritur mecum mulier fortunas suas.
Ait sese Athenas fugere cupere ex hac domu,
Sese illum amare meum herum, Athenis qui fuit;
Neque peius quenquem odisse, quam istum Militem.

---

117. *Vbi sumus provecti in altum.* Postquam in altum mare a litore navigando progressi sumus.

125. *Conqueritur mecum fortunas suas.* Conquerendi verbum junxit cum acc. casu, vt solent boni latinitatis autores. Amph. I, 1, 22. *Satius est, me queri illo modo servitutem hodie.*

126. *Domu*, pro domo.

Ego, quoniam inſpexi mulieris ſententiam,
Cepi tabellas, conſignavi clanculum;
Dedi mercatori, qui ad illum deferat
Meum herum, qui Athenis fuerat, qui hanc amaverat,
Vt is huc veniret. Is non ſprevit nuncium;
Nam et venit, et is in proxumo hic devortitur
Apud ſuum paternum hospitem, lepidum ſenem.
Itaque ille amanti ſuo hospiti morem gerit,
Nosque opera conſilioque adhortatur, iuvat;
Itaque ego paravi hic intus magnas machinas,

---

129. *Inſpexi.* Cognovi, intellexi.

130. *Conſignavi clanculum.* Exaravi clanculum, conſcripſi literas clam Milite.

134. *In proxumo.* In hac vicinia, in his aedibus deverſatur.

135. *Apud ſuum paternum hospitem.* Periplectomenem Epheſium.

136. *Ille.* Periplectomenes. *Morem gerit.* Obſequitur, et ſe commodum praebet.

138. *Magnas machinas.* Quas poſtea appellat facetas fabricas et doctos dolos. *Machina,* ratio, inventum. Lucret. IV, 419. *Nec reperire malum id poſſunt, quae machina vincat.* Vnde graecum eſt μηχανᾶσθαι.

Qui amanteis vna inter ſe facerem convenas;
Nam vnum conclave, concubinae quod dedit
Miles, quo nemo niſi eapſe inferret pedem,
In eo conclavi ego perfodi parietem,
Qua commeatus eſſet hinc huic mulieri.
Et ſene ſciente hoc feci: is conſilium dedit.
Nam meus conſervos eſt homo haud magni pretii,
Quem concubinae Miles cuſtodem addidit.

---

139. *Qui amantes vna inter ſe facerem convenas.* Vt mea opera amantes poſſint inter ſe convenire et colloqui.

140. *Nam vnum conclave* etc. Senſus: nam in eo vno conclavi, quod dedit etc. ego perfodi parietem. Eodem fere modo Horat. Sat. Lib. I. Sat. 1. init.

141. *Eapſe.* Ea ipſa, vt *eampſe* Aul. V, 1, 7. pro eam ipſam. *Inferret pedem*, introiret. Sic in Amph. *Neque meum pedem huc intuli etiam in aedes;* et in Menaechm. *Qui huc in hanc vrbem pedem, niſi hodie, nunquam intro retulit.* v. ibid. IV, 2, 66.

143. *Commeatus. Zugang, Verbindung.*

146. *Cuſtodem addidit.* Cuſtodem appoſuit, cuſtodiae mulieris praefecit. *Cuſtodem addere*, vſitate et ſignificanter dictum in Aulul. III, 6, 20.

Ei nos facetis fabricis, et doctis dolis
Glaucomam ob oculos obiiciemus, eumque ita
Faciemus, vt, quod viderit, non viderit.

Quem (Argum sc.) *quondam Jovi Juno custodem addidit.*

147 *Facetis fabricis.* Lepidis machinis et fallaciis.

148. *Glaucomam.* Priscian. Lib. VII. notat, antiquissimos nomina neutra tertiae declinationis secundum primam saepe protulisse, vt *syrmam, dogmam, schemam, glaucomam, diademam,* aliaque talia formasse. *Glaucoma* vero vitium oculorum, quod Celsus Lib. VI. *suffusionem* appellat, Graeci ὑπόχυσιν, Plinius semper glaucoma. Si pupula praeter naturam glaucescat, impeditur visus et existit vitium in oculis, quod glaucoma appellant. Nostris temporibus distinguitur a medicis inter glaucoma et suffusionem. *Ob oculos.* Sceledri custodis. Mostell. III, 1, 90. *Obsecro, hercle, jube Objici argentum huic ob os impurae beluae.*

149 *Eumque ita faciemus* etc. Faciemus, vt quod viderit, proinde sit, quasi non viderit. Proverbiale oxymoron. Terent. Eun. IV, 4, 54. *pol, si sapis, Quod scis, nescis,* et alio loco: *Quod scis, nescias, si sapis.* Mostell. II, 1, 42. *Advenientem ita patrem faciam tuum, Non modo ne introeat,*

Et mox, ne erretis, haec duarum hodie invicem,
Et hic et illic, mulier feret imaginem,
Atque eadem erit, verum alia esse assimulabitur.
Ita sublinitur os custodi mulieris.

---

verum etiam vt fugiat longe ab aedibus. Pseud. IV, 6, 37. *Quid ego cesso Pseudolum Facere, vt det nomen ad molarum coloniam. Facere, es dahin bringen.* i. q. *efficere* Most. II, 1, 69.

150. *Et hic et illic.* Et apud nos et apud Periplectomenem.

153. *Ita sublinitur os.* Ita deceptus est custos mulieris, Sceledrus. Oeconomiam Plauti accuratiorem multi desiderarunt. Et est sane in hac re negligentior, quam leges comicae postulabant; quas vnice et admirabili artificio observat Terentius, hanc partem nostro hoc longe praestantior. Vel illud mea sententia non leve peccatum, quod Milite Palaestrionem commemorantem fecit, quo pacto et Sceledrus ludificandus sit, et Acroteleutium geminae sororis suae mentitura personam, quorum neutrum tum quidem fore scire poterat: qui neque visam mulierem apud senem Periplectomenem cognoverat, neque vt isti malo remedium faceret, cogitarat. Itaque ridicule e duabus scenis continuis prior narrat gerundae rei eum modum, quem posterior multo conatu investigat et extricat.

Sed foris concrepuit hinc a vicino sene.
Ipse exit: hic ille est lepidus, quem dixi, senex.

---

154. *Foris concrepuit a sene.* I. e. senis. v. vs. 160. In Graecia omnes omnium aedium fores non introrsum trahendo, sed in viam publicam pellendo aperiebantur. Quoniam autem periculum erat, ne quispiam, qui aut praeteriret, aut pro foribus staret, ab impulsa janua pelleretur: ideo, qui exituri erant domo, solebant prius ipsimet intrinsecus aut fores aedium suarum percutere, aut crepitu digitorum indicium facere, vt illo strepitu admonerentur, qui foris erant, cavere sibi, atque eatenus absistere, vt ne caederentur. Hinc factum est, vt in Plauti et Terentii Fabulis nunquam fere quisquam egrederetur, vt non antea *fores crepuisse* dicerentur.

SCENA II.

PERIPLECTOMENES. PALAESTRIO.

Exit Periplectomenes, vicini servis iratus, quorum vnus de tegulis per impluvium intus inspetans, Philocomasium, Militis concubinam, cum Pleuside viderat osculantem. Quod narrans Palaestrioni, quomodo factum quasi infectum fiat, nunc inter se ineunt consilium.

PERIPLECTOMENES.

Nisi hercle defregeretis talos, posthac quemque in tegulis
Videritis alienum, ego vostra faciam latera lorea.

---

156. *Nisi hercle defregeritis talos.* Alloquitur Periplectomenes servos. Constructio est: Nisi defregeritis talos vnicuique alieno, quem posthac videritis in tegulis, hercle ego etc. *Tali* sunt pedum partes posteriores h. l. ipsi pedes. *Quemque.* Quemcunque.

157. *Latera lorea*, sunt latera virgis caesa et lacerata; quod corium sic vapulantium in lora scindi videatur: nam *lora* corium in corrigias scissum significat. Perinde igitur est, ac si diceret, e vestro corio scindam lora virgis vel ego e vestris

Mihi quidem iam arbitri vicini sunt, meae quid fiat domi:
Ita per impluvium intro spectant. Nunc adeo edico omnibus,

---

lateribus laceratis et caesis lora conficiam. v. Turneb. Adv. VII, 5. et II, 28. Cf. Pseud. I, 2, 12.

158. *Mihi quidem iam arbitri vicini sunt.* Nam sunt mihi nunc vicini ita curiosi, vt prospicere velint, quid domi meae fiat. *Arbitri* dicuntur, qui alienae rei quasi testes intersunt, quos ideo expellimus, ne consilii nostri participes sint. Hoc loco sunt *arbitri* pro inspectoribus, vt *arbitrari* pro speculari et prospicere e. g. Aul. IV, 1, 21. et *arbitrium* pro prospectu et speculatione.

159. *Impluvium.* Ita vocabatur interior, ab omnibus quatuor partibus circumdatus locus in veterum domibus qui, sine tecto, luci et pluvio patebat; et idem fere erat, quod Nostri *den Hof* dicunt. Aliud nomen impluvii erat *cavum aedium* l. *cavaedium*. *Impluvium*, inquit Asconius ad Cic. Verr. I, 23. 61. est *locus, sine tecto in aedibus, quo impluere imber in domum possit.* Varro autem de L. L. IV, 33. *Si relictus erat*, inquit, *locus in medio, vt lucem caperet deorsum, quo impluebat, impluvium dictum, et sursum, qua compluebat, com-*

160. Quemque a Milite hoc videritis hominem in nostris tegulis,
Extra vnum Palaestrionem, huc deturbatote in viam.
Quod ille gallinam aut columbam se sectari aut simiam,

---

pluvium. Terent Eun. III, 5, 41. *Venisse clanculum per impluvium, fucum factum mulieri;* ex quo patet, locum fuisse facilem et aliis ingressu. V. Stieglitz Archaeol. *der Baukunst.* T. III. p. 172.

160. *Quemque a Milite.* Quemcunque ex huius Militis servis. Praepositio *a* vel *ab*, ablativo casui iuncta, inducit vim patrui e. g. Pseud. II, 2, 22. *Esne tu, annon es ab illo milite Macedonico?* Lucret. de Nat. Rer. II, 49. *Audacterque inter reges rerumque potentes Versantur, neque fulgorem reverentur ab auro* i. e. fulgorem auri. Virg. Georg. II, 243. *Dulcesque a fontibus vndae* i. e. dulces fontium vndae.

161. *Deturbatote.* Dejicitote, praecipitem agitote. Merc. I, 2, 6.

162. *Quod ille gallinam, aut columbam* etc. Venusta et antiqua lectio, quae non tam verbis exprimi, quam prolatis exemplis patefieri potest, et sic explicanda: Quantum ad illud attinet, quod is caussari velit, se gallinam aut colum-

Dicat, disperiistis ni vsque ad mortem male
mulcassitis.

---

bam aut simiam, quae domo aufugerit, persequi; nullam accipio caussam, actum est de vobis, nisi ad mortem eum verberaveritis. Vel subintell. non est, vt sit: Non est quod ille dicat; ne hanc accipiatis accusationem. v. Not. ad Cas. I, 1, 39. Sic in Aul. I, 2, 12. *Quod quispiam ignem quaerat, extingui volo.* Asin. IV, 1, 12. *Quod illa aut amicum aut patronum — Aut quod ille amicae suae amatorem praedicet, Fores occlusae omnibus sient, nisi tibi* i. e. quod ad illud attinet, quod ille praedicere velit aut patronum, aut amicum, aut amatorem amicae suae; illi praetexto vel caussae hoc oppono: Fores occlusae omnibus sient. Terent. Eun. V, 9, 54. *Sin in platea hac te offendero post vnquam, quod dicas mihi, Alium quaerebam, iter hac habui; periisti.*

163. *Disperiistis.* Actum est de vobis. *Male mulcassitis.* Male mulcaveritis h. e. verberaveritis. Most. IV, 2, 22 sq. *Sed eo magis cauto est Opus, ne huc exeat, qui male me mulcet.* Terent. Eun. IV, 7. init. *Male mulcabo ipsum.* Adelph. I, 2, 10. *Omnem familiam mulcavit vsque ad mortem.* Ad quem locum Donatus, *mulcavit*, inquit, i. e. *laceravit, mulilavit, mollivit, dissolvit.*

Atque adeo, vt ne legi fraudem faciant talariae,
165. Accuratote, vt sine talis domi agitent convi-
vium.

---

164. *Ne legi fraudem faciant talariae.* Ne peccent in legem talariam. *Facere fraudem legi, senatusconsulto, constitutioni*, et simil. vsitatum loquendi genus, pro *peccare in legem, senatusconsultum* etc. Cicero Ep. ad Att. IV, 11. *Facio fraudem senatusconsulto*. Livius L. VII, 17. *Sua lege decem millium aeris est damnatus, quod mille jugerum agri cum filio possideret, emancipandoque filium fraudem legi fecisset. Lex talaria* vero est ratio normaque ludendi talis, quam migrare non licet, nisi, quae callidorum ars, fallendo collusorem. Talis autem in conviviis vtebantur non ad strategi tantum aut modimperatoris lectionem, sed etiam vt lusu inter vinum hilaritatem provocarent. Sic in Curcul. II, 3. Miles cum parasito post coenam talis ludit, et in Asinaria apud Scortillum Demaenetus cum filio Argyrippo talos jaciunt. Ergo *ne fraudem faciant legi talariae* est, ne inter ludendum talis se decipiant in convivio, demite iis talos. Oratio magnifica vocum sono, sensu levis.

165. *Accuratote.* Curam gerite, curate. *Sine talis.* Jocus ex ambiguo. Duo enim haec verba significare possunt: vel defractis talis pe-

PALAESTRIO.

Nescio, quid malefactum a nostra huic familia est; quantum audio,
Ita hic senex talos elidi iussit conservis meis.
Sed me excepit. Nihilo facio, quid illis faciat ceteris.
Aggrediar hominem anne? Advorsum est quasi collaturus pedem.

---

dum, crucifragium, vel sine talis lusoriis, talorum lusoriorum inopiam. Eodem modo jocatur in voce *tibia* Phaedr. Fab. V, 7, 8. 9. *Sinistram fregit tibiam, duas cum dextras maluisset perdere.*

166. *Nescio quid malefactum a nostra huic familia est.* Nescio quid in hunc senem a nostra familia peccatum sit.

167. *Talos elidi*, vt caput, oculos, dentes.

168. *Nihilo facio.* Nihilo duco, quod ceteris illis faciat, modo mihi nihil mali accidat.

169. *Agrediar hominem, anne? Adversum est quasi collaturus pedem.* *Soll ich auf den Menschen zugehen, oder nicht? Doch da kömmt er ja selbst auf mich zu.* *Advorsum est quasi collat. ped.* i. e. est, ac si ad me properet, accedat propius. *Conferre pedem* vel *gradum* et *properare* synonyma videntur. v. Merc. V, 2, 41.

Quid agis, Periplectomene?

PERIPLECTOMENES.

Haud multos homines, si optandum fuerit,
Nunc videre et convenire, quam te, mavellem.

PALAESTRIO.

Quid est?
Quid negotii est?

PERIPLECTOMENES.

Res palam est.

PALAESTRIO.

Quae res palam est?

PERIPLECTOMENES.

De tegulis

Men. III, 3, 30. Pseud. II, 3, 17. Cicero pro Plancio: *Non possum magis conferre pedem, vt aiunt, aut propius accedere.*

170 *Haud multos homines, si* etc. Nemo inter multos, tam exoptate mihi venire potest, quam tu.

172 *Res palam est.* Sc. de Philosomasie: nempe eam cum Pleuside congredi et colloqui et osculari.

Modo, nescio quis, inſpectavit voſtrorum familiarium
Per noſtrum impluvium intus apud nos Philocomaſium atque hospitem
Osculanteis.

PALAESTRIO.

Quis homo vidit?

PERIPLECTOMENES.

Tuus conſervos eſt.

PALAESTRIO.

Quis is homo eſt?

PERIPLECTOMENES.

Nescio, ita abripuit repente ſeſe ſubito.

PALAESTRIO.

Suspicor
Me periiſſe.

PERIPLECTOMENES.

Vbi abiit, conclamo: heus, quid agis tu, inquio?
Ille mihi abiens ita reſpondit, ſe ſectari ſimiam,

PALAESTRIO.

Vae mihi misero, cui pereundum est propter nihili bestiam.
Sed Philocomasium hiccine etiam nunc est?

PERIPLECTOMENES.

Cum exibam, hic erat.

PALAESTRIO.

Sis, jube transire huc, quantum possit, se vt videat domi
Familiaris; nisi quidem illa nos volt, qui servi sumus,

---

179. *Cui pereundum est.* Nam Miles, herus meus, si rem omnem resciverit, et fallacias meas compertas habuerit, me male mulcabit, me cruciabit. *Propter nihili bestiam.* Propter simiam, quae nullius est pretii.

180. *Hiccine.* In domo Periplectomenis.

181. *Sis jube transire huc.* Jube, si vis, eam transire huc ad nos. *Quantum possit.* Quam citissime possit. *Se.* Ipsam, more Plautino. *Domi.* Sc. esse.

182. *Familiaris.* Militis, i. e. Sceledrus.

Propter amorem suum omneis crucibus contubernaleis dari.

PERIPLECTOMENES.

Dixi ego istuc; nisi quid aliud vis.

PALAESTRIO.

Volo: hoc dicito,
Paret artem et disciplinam; obtineat colorem.

PERIPLECTOMENES.

Et quemadmodum?

---

183. *Omneis crucibus contubernaleis dari.* Nos omnes contubernales cruciari. *Contubernales* dicuntur, qui in eodem contubernio habitant. *Crucibus dari*, fere vt Aul. I, 1, 10. *Continuo hercle ego te dedam discipulam cruci* i. e. te suspendam, in crucem te agam.

184. *Dixi ego istuc.* Si nihil aliud mihi mandas, quod Philocomasio dici velis, istuc ego dixi i. e. proinde habere debes, ac si dixerim.

185. *Paret artem et disciplinam.* Artificium adhibeat, simulet, dissimulet, mentiatur. *Obtineat colorem.* Ne mutet colorem, ne erubescat, neve pallescat, sed semper eodem sit vultu, eodemque colore. Cicero in Orat. pro A. Cluent. 54. *Timor eius, perturbatio, suspensus incertusque*

PALAESTRIO.

Vt eum, qui hic se vidit, vero vincat, vt ne viderit:
Siquidem centies hic visa sit, tamen inficias eat.
Os habet, linguam, perfidiam, malitiam atque audaciam,

---

vultus crebra coloris mutatio, quae erant antea suspiciosa, haec aperta et manifesta faciebant.

186. *Se.* Ipsam. *Vero vincat. Vero vincere* dicitur, pro argumentis docere et evincere. Mostell. I, 2, 12. *Profecto ita esse, vt praedico, vero vincam.*

188. *Os habet.* Non haec Sceledri, sed Philocomasii est descriptio. *Os habet* i. q. habet impudentiam, est impudens. *Os* pro impudentia. Cicero Ep. ad Fam. VI, 6. *In his, inventae sunt quinque aguncvlae matronarum, in quibus vna sororum amici tui. Os hominis, qui hoc vtatur.* Idem in Verrem V, 10. *Si Appii os haberem* i. e. si essem ea, qua Appius impudentia. Ovid. Her. XVI, 102. *Non tibi plus cordis, sed minus oris adest* i. e. non plus audes aut sapis, sed minus pudet. Martial. Epigr. IX, 96. *Os hominis* i. e. o impudentem hominem. Eodem sensu legitur etiam *frons* ap. autores: e. g. ap. Persium Sat. V, 102. *frons illi periit* i. e. pudentia, pudor. *Linguam,* qua mentia-

Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam;
Qui arguet se, eum contra vincat iureiuran-
do suo.
Domi habet animum falsiloquum, falsificum,
falsiiurium:...

---

tur et pejeret, linguam perfidam. *Malitiam.* V. Terent. Hec. II, 1, 6.

189 *Confirmitatem.* Donum, alicui aliquid confirmandi.

190. *Qui arguet se.* Qui ipsam convincat.

191. *Domi habet.* In promptu habet, paratum habet, non est necesse eum aliunde anquirere, vt Nos: *Kniffe und Schwänke sind bei ihm zu Hause.* *Domi* id dicimus *habere*, quod in nobis situm est, nec necesse est, ab aliis mutuo sumere. Translatum apparet a consuetudine foris rogandae suppellectilis, quam domi desideres. Terent. III, 5, 19. *Domi habet, vnde discat.* Cistell. II, 1, 2. *Hanc de me conjecturam domi facio* i. e. meopte experimento comperio. Cicero Quaest. Acad. II, 16. *Desine quaeso communibus locis, domi nobis ista nascuntur.* Eodem sensu vsurpatur in *manibus esse*, vel *habere.* Cf. Servius ad Georg. II, 45. Hinc *manu effluere*, dicitur id, cuius promtitudo perit. Aratus Phoen. 1046. μή οἱ θέρος ἐκ χερὸς ἔῤῥῃ.

Domi dolos, domi delenifica facta; domi fallacias.

Nam mulier olitori numquam supplicat, si qua est mala:

Domi habet hortum et condimenta ad omnes moles maleficas.

PERIPLECTOMENES.

195. Ego istaec, si erit hic, nunciabo. — Sed quid est, Palaestrio,

---

192. *Delenifica facta.* Θελκτικὰ, ἀπατηλὰ, facta ad decipiendum comparata.

193. *Nam mulier olitori* etc. Mulier enim, quae natura et ingenio malo est, non necesse habet, noxium olus ex alieno horto petere, domi illud habet. *Olitor*, qui olera vendit.

194. *Domi habet hortum.* Ob antecedens olitori nunquam supplicat, addit vt caussam: domi habet hortum. Nam qui domi habent hortum, qui ipsi possident hortum, non petunt olera ab olitore. Per *hortum* vero significat fontem et copiam malitiarum muliebrium. *Ad omnes moles maleficas.* Quae satis sint ad exstruendas omnis generis moles maleficas i. e. ad perficiendum omnis generis mala facta. *Moles* significat omnem supervacuam copiam.

Quod volutas tute tecum in corde?

PALAESTRIO.

Paulisper tace,
Dum ego mihi consilia in animum convoco, et dum consulo,
Quid agam; quem dolum doloso contra conservo parem,
Qui illam hic vidit osculantem; id visum vt ne visum fiet.

---

196. *Quod volutas tute tecum in corde?* Quod cogitas, quod animo agitas et versas? Virg. Aen. VI, 185. *Atque haec ipse suo tristi cum corde volutat.* Ibid. VII, 293. *Volvit sub pectore sortem.* Placidus Glossar. *Volvere, cogitare, disponere.*

197. *Dum ego mihi consilia in animum convoco.* Epid. I, 2, 56. *Jam senatum convocabo in corde consiliarium.* *Consulo.* Delibero, *überlegen.*

198. *Quem dolum doloso contra conservo parem*, vt Amph. II, 2, 62. *te vt deludam contra-lusorem meum.*

199. *Id visum, vt ne visum fiet.* *Das Gesehene ungesehen zu machen.*

PERIPLECTOMENES.

Quaere! Ego hinc abscessero abs te huc interim. — Illuc sis vide,
Quemadmodum abstitit, severa fronte curas cogitans.
Pectus digitis pultat; cor credo evocaturu'st foras.

---

201. *Abstitit.* *Absistere*, recedere, *auf die Seite gehen.* Tacit. Annal. II. 3. *Ad gemitum collabentis accurrere liberti, et caede visa, miles abstitit.* v. Barth. ad Stat. Theb. VI, 660. Graphice nunc exprimit vultum, statumque ac gestus omnes hominis cogitabundi, multaque ac varia secum accurate et anxie volutantis. *Cogitans. Cogens*, i. e. in vnum agens, a cuius simplicis verbi fonte frequentativum illud *cogitare* deductum esse videtur, q. d. *coagitare*, in vnum locum. *Cogere* enim simul agere, in vnum agere est, quasi tu coigere dicas. Nec abit a vi propria verbi illud Virg. Georg. I, 462. *Quid cogitet humidus Auster.* Cf. vs. 76.

202. *Pectus digitis pultat. Er pocht an die Brust*, quasi sit janua. Sic Merc. III, 4, 15. *Tristis incedit, pectus sarrit; haereo, quassat caput.* Quinctil. Inst. Orat. XI, 3. *Illud quoque raro decebit, cava manu summis digitis pectus appetere, si*

Ecce autem avortit, nisus laeva, in femine habet laevam manum.

---

quando nosmet ipsos alloquemur cohortantes, objurgantes, miserantes etc.

203. *A v o r t i t.* Avertitur, avertit se. Virg. Aen. I, 108. *Franguntur remi, tam mora avertit et vndis dat latus.* A. Gell. N. A. IV, 18. *Id cum dixisset, avertit. N i s u s l a e v a* sc. manu. *In femine*, in femore. Repraesentatur h. l. ritus computandi antiquis illis frequentatus, qui non manus tantum occupabat, sed et assumebat alias corporis partes. *Veteres*, inquit Beda ap. Caelium XXIII, 12, *cum X millia significant, medio pectori laevam supinam admovebant, digitis ad collum erectis: cum XX millia, eandem expansam pectori apponebant; cum XXX millia, eadem manu prona et tamen erecta pollicem ad cartilaginem medii pectoris adfigebant: cum XXXX millia, eandem in umbilico erectam supinabant: cum L millia, ejusdem pronae et erectae pollicem umbilico applicabant: cum LXX millia, eandem supinam femori item laevo imponebant: cum LXXX millia eandem pronam femori admovebant* etc. Apulejus Apolog. *Si triginta annos, pro decem dixisses, posses videri pro computationis gestu errasse; quos circulare debueris digitos aperuisse: cum vero XL, quae facilius ceteris porrecta palma significantur, ea XL tu,*

Dextera digitis rationem computat, feriens femur

205. Dexterum, ita, vehementer quod facto opus est, aegre suppetit

Concrepuit digitis; laborat, crebro commutat status.

---

dimidio auges, non potes digitorum gestu errasse. Omnes numeri, vsque ad centesimum, in sinistra locabantur: in dextra centesimus incipiebat, inde rursum ducentesimus ad sinistram referebatur. Hinc intelligendum, quod ap. Juvenal. Sat. X, 249. *Felix est nimirum, qui per tot secula mortem Distulit, atque suos iam dextra computat annos.* Tale est graecum Nicarchi de anu, Anthol. II. p. 194 γῆρας ἀριθμεῖσθαι δεύτερον χειρὶ λαιῇ ἀρξαμένη. Hieronymus adv. Jovianum: *Centesimus numerus de sinistra transfertur ad dextram.* Vid. Nicol. Smyrnaeus περὶ δακτιλικοῦ μέτρου in Possini Spicileg. Evangeliorum, quod recudendum curavit Fabricius.

204. *Feriens femur dexterum* etc. Femur, inquit, ferit, per iram fortassis vel paene desperationem; adeo aegre enim suppetit quod vehementer est facto opus. *Suppetit*, adest, praesto est, in promtu est. Pseud. I, 1, 106. *Vehementer* vero i. q. admodum vel citissime.

206. *Concrepuit digitis.* *Con* auget verbi simplicis *crepo* significationem. Cic. de Off. III,

Eccere autem capite nutat: non placet quod repperit.
Quicquid est, incoctum non expromet, bene coctum dabit.

---

71. Cap. 19. *Itaque si vir bonus habeat hanc vim, vt, si digitis concrepuerit, possit in locupletium testamenta nomen eius irrepere, hac vi non vtatur* etc. Veteres sonoros crepitus digitis potuisse facere, vt etiam hoc signo servos plerumque advocaverint facile probari potest. Petronius: Trimalcio, lautissimus homo *digitos concrepuit* ad quod signum matellam spado ludenti supposuit. Martial. L. III, 80. *Digiti crepantis signa novit eunuchus.* Id. L. XIV, 119. *Dum poscor crepitu digitorum, et verna moratur.* v. Casp. Sagittarius de Januis Veterum C. XXII.

207. *Capite nutat.* *Er schüttelt mit dem Kopfe*, abnuit. *Nutare* i. q. nuere, est capitis et superciliorum motu significare quid velis, aut nolis. Sueton. Vespas. C. 8. *nutu aspernatus.* vid. A. Gell. X, 4.

208. *Quicquid est, incoctum non expromet.* Quicquid id consilii est, bene percoquet et maturum dabit, non crudum. Allegoria est a cibo incocto, quem coqui ex olla non expromunt; qua allegoria vel metaphora noster libenter vtitur, alii-

Ecce autem aedificat; columnam mento suffulsit suo.
Apage, non placet profecto mihi illa inaedificatio.
Nam os columnatum Poetae esse inaudivi barbaro,

---

que cum eo in re consiliorum. e. g. Pers. I, 1, 53. *vsque ero domi, dum excoxero lenoni malum.* Porcius Latro, Declamatione in Catilinam: *Consilia nefaria facinoris in amplissimi civis M. Leccae domo decoquebantur.*

209. *Aedificat.* Aedificantis speciem praebet. In proverbio fere est, cum quis brachium instar columnae mento suo suffulsit, *die Gramsäule unterzieht.*

211. *Os columnatum.* Os brachio tanquam columna subnisum. *Poetae barbaro.* Per poetam barbarum Naevius significatur, qui inter commentandum manum mento subjicere solebat. *Barbarum* vero vocat more suo significans Latinum seu Romanum. Quicquid enim non est graecum, id in Comoediis palliatis, quales Plautinae omnes, barbarum est. Ita in Prol. Asin. 11. *Diphilus scripsit; Marcus vortit barbare.* Cf. Prol. Trin. 19. et in Capt. III, 1, 32. *Nunc barbarica lege*

Quoi bini custodes semper totis horis accubant.

---

certum est, jus meum omne persequi. Quin significetur autem per poëtam barbarum Naevius, non est dubium. Festus enim: *Barbari dicebantur antiquitus omnes gentes, exceptis Graecis; vnde Plautus Naevium, poëtam Latinum barbarum dixit.* Traditum porro memoriae est, cum ab aliis, tum ab A. Gell. III, 3. Naevium comoedias duas, Ariolum et Leontem in carcere scripsisse, cum ob assiduam maledicentiam et probra in principes civitatis Graecorum, poetarum more et licentia, illata a Triumviris capitalibus, in vincula conjectus esset. Intercidisse vero etiam inter Plautum et Naevium odium quoddam, colligi potest, e loco Terent. Eun. Prol. 25. Fortasse Colax Naevii palmam a populo retulit. Denique non insolens hoc Plauto, vt avertat a Fabula ad actores et poëtas. Ita de Pellione actore Bacch. II, 2, 37. inserit; ita Trin. III, 2, 82. exclamat velut victor et mulctam comminatur stulte adversanti.

212. *Bini custodes.* Per binos custodes alii binos canes (Cf. Columella VII, 12.) alii bina vincula, in quae Naevius conjectus erat intelligunt; sunt autem ambo lacerti, ori hominis meditabundi vel languidi suppositi.

Euge, euge, euscheme hercle astitit, et dulice
et comoedice:

---

213. *Euge, euge.* Laudantis est, sed non sine ironia. Casaub. ad Theophr. p. 118. Ὀρθῶς Graecis est vsitata in recitationibus acclamatio sicut et εὖ et ὑπερεῦ, ex quo Latinorum euge. Horat. in Art. P. 428. *Clamabit enim pulchre, bene, recte.* Cic. de Orat. III, 99. *Quare Bene et Praeclare quamvis nobis saepe dicatur, Belle et Festive nimium saepe nolo, quamquam illa acclamatio: Non potest melius sit velim crebra.* Pers. Sat. I, 49. *Euge tuum et Belle: nam Belle hoc excute totum.* Id. ibid. 84. *Quin lepidum hoc optes audire decenter etc.* Noster Trin. III, 2, 79. *Non enim possum, quin exclamem: Euge, euge Lysiteles πάλιν. Facile palmam habes! hic victus.* *Euscheme hercle astitit.* I. e. decore, honeste, speciose, gestu decoro et venusto, εὐσχημῶς. Idem Casaub. ad Theophr. p. 142. Maxima semper fuit hominibus liberis nec ineptis cura, quoties in publicum esset prodeundum, vt decenti essent habitu, quod Graeci vocant εὐσχημονεῖν. Plautus, euscheme astare Trin. III, v, 24. et Mil. II, 2, 58. Sic. Stich. I, 3, 114. *ex pictura adstitit* i. e. graphice, euscheme. Epid. III, v, 29. *Nae tu habes servum graphicum* i. e. ad vnguem factum, vt Horat. venustum scitoque ingenio, et quasi pictoris manu expolitus. In hoc qui essent negli-

Numquam hodie quiescet, priusquam id, quod petiit, perficit.
Habet opinor — Age, si quid agis; vigila, ne somno stude,
Nisi quidem hic agitari mavis varius virgis. Vigila!

---

gentiores, rustici, habebantur. *Dulice et comoedice.* Δουλικῶς, serviliter, vt servi in comoedia. Ait enim, servum personam suam praeclare agere, et statum in comoedia servilem egregie repraesentare.

215. *Habet opinor.* Haec ideo dicit Periplectomenes, quia Palaestrio nunc quietus adstat. *Age, si quid agis.* Propera agere. Sic saepe Plautus loquitur e. g. Cas. IV, 2, 10. *Date ergo, daturae si vnquam estis.* Most. V, 2, 51. *Quod agis, id agas.* Poen. III, 1, 8. *Quin si ituri estis hodie, ite.* Theocr. V, 78. Εἶα λέγ', εἴ τι λέγεις.

216 *Varius virgis.* Cruentus virgis, ita vt corium tuum non sit vnius coloris, sed varii propter sanguinem sc. quo variabitur. Amat Plautus hanc loquendi rationem Pseud I, 2, 12. *Ita ego vostra latera loris faciam, vt valde varia sint; Vt ne peristromata quidem aeque picta sint Campanica.* Poen. Prol. 25. *Domum abeant, vitent an-*

Tibi ego dico, anferiatus ne sis. Hem te alloquor, Palaestrio:
Vigila, inquam: expergiscere, inquam: lucet hoc, inquam.

PALAESTRIO.

Audio.

PERIPLECTOMENES.

Viden' hosteis tibi adesse? tuoque tergo obsidium? Consule!

---

capiti infortunio: Ne et hic varientur virgis et loris domi.

217. *Anferiatus ne sis.* Ne per totum corpus, circumquaque ferieris, *sey nicht am ganzen Leibe, über und über, so faul und träge. Am* enim vel *an* antiquitus circum denotat e. g. *amfragosus, ambago, ancisus, anfractus,* et *anquirere* etc. vt ergo sit *anferiari*, omnibus corporis partibus, toto corpore ferias agere. Hoc vero dicit Periplectomenes, quia Palaestrio, qui antea crebro commutabat ferias, et corpore laborabat toto, nunc adfert quietus, quasi staret ferias.

218. *Lucet hoc.* Sc. coelum, [illegible]. *Da wird's schon heller Tag.*

219. *Viden' hosteis tibi adesse?* Allegoria a re militari, qua totus hic locus vsque ad

Arripe opem auxiliumque ad hanc rem: propere hoc, non placide decet.
Antevenito aliqua aliquos, aut tu circumduce exercitum;
Curre in obsidium perduelleis, nostris praesidium para

---

vs. 225. exornatus est. *Tuoque tergo obsidium.* I. e. plagae tibi, nisi caves, paratae sunt.

220. *Hoc non placide decet.* Hoc negotium non clementer, neque frigide accurari decet, sed celeriter et aeriter et callide.

221. *Antevenito aliqua aliquos.* Occupa aliqua ratione aliquos sc. hostium. *Circumduce exercitum. Circumduci* nonnunquam et explicari ab imperatoribus exercitum, licet e Polyaeno, Frontino, T. Livio et ceteris intelligere.

222. *Curre in obsidium perduelleis.* Curre, vt obsideas hostes. Nomini *obsidium* junctus est accusandi casus perduelles, proinde ac si id nomen eundem casum postulet, atque verbum *obsidere.* Sic Amph. I, 1, 12. *Opulento homini hoc servitus dura est* i. e. servitus, quam quis servit opulento homini. Sallust. Fragm. Hist. L. III. p. 978. *Facta consultaque Alexandri aemulus erat Pompeius.* i. e. aemulabatur facta etc. *Perduelles*, hostes, *qui*, vt ait Festus, *pertinaciter retinent bellum.* Ca-

Tibi ego dico, anferiatus ne sis. Hem te alloquor, Palaestrio:
Vigila, inquam: expergiscere, inquam: lucet hoc, inquam.

PALAESTRIO.

Audio.

PERIPLECTOMENES.

Viden' hosteis tibi adesse? tuoque tergo obsidium? Consule!

---

cipiti infortunio: Ne et hic varientur virgis et loris domi.

217. *Anferiatus ne sis.* Ne per totum corpus, circumquaque ferieris, *sey nicht am ganzen Leibe, über und über, so faul und träge.* Am enim vel an antiquitus *circum* denotat e. g. *amfragosus, ambago, ancisus, anfractus, et anquirere* etc. vt ergo sit *anferiari*, omnibus corporis partibus, toto corpore ferias agere. Hoc vero dicit Periplectomenes, quia Palaestrio, qui antea crebro commutabat status, et corpore laborabat toto; nunc adstat quietus, quasi staret ferias.

218. *Lucet hoc.* Sc. coelum, δεικτικῶς. *Da wird's schon heller Tag.*

219. *Viden' hosteis tibi adesse?* Allegoria a re militari, qua totus hic locus vsque ad

Arripe opem auxiliumque ad hanc rem: propere hoc, non placide decet.
Antevenito aliqua aliquos, aut tu circumduce exercitum;
Curre in obſidium perduelleis, noſtris praeſidium para.

---

vſ. 225. exornatus eſt. *Tuoque tergo obſidium.* I. e. plagae tibi, niſi caves, paratae ſunt.

220. *Hoc non placide decet.* Hoc negotium non clementer, neque frigide accurari decet, ſed celeriter et aeriter et callide.

221. *Antevenito aliqua aliquos.* Occupa aliqua ratione aliquos ſc. hoſtium. *Circumduce exercitum.* *Circumduci* nonnunquam et explicari ab imperatoribus exercitum, licet e Polyaeno, Frontino, T. Livio et ceteris intelligere.

222. *Curre in obſidium perduelleis.* Curre, vt obſideas hoſtes. Nomini *obſidium* junctus eſt accuſandi caſus perduelles, proinde ac ſi id nomen eundem caſum poſtulet, atque verbum *obſidere.* Sic Amph. I, 1, 12. *Opulento homini hoc ſervitus dura eſt* i. e. ſervitus, quam quis ſervit opulento homini. Salluſt. Fragm. Hiſt. L. III. p. 978. *Facta conſultaque Alexandri aemulus erat Pompeius* i. e. aemulabatur facta etc. *Perduelles*, hoſtes, *qui*, vt ait Feſtus, *pertinaciter retinent bellum.* Ca-

Intercludito inimicis commeatum, tibi muni viam;
Qua cibatus commeatusque ad te et legiones tuas

---

ius Lib. II. ad leg. XLI. tab. *Quos nos hostes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset.* Duellum enim i. q. bellum; videlicet quod duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur. Hinc Varro de L. L. IV. 10. *Bellona a bello nunc, quae olim Duellona a duello.* Praesidium. Auxilium, et opponitur h. l. obsidio.

223. *Intercludito inimicis commeatum.* Intercludito inimicos commeatu (i. e. impedito, ne inimicis commeatus possit deferri): sic enim potius loqui solet Caes. de Bello Gall. I, 23. *Sive quod eos re frumentaria intercludi posse confiderent: die Zufuhr abschneiden.* Graece ὑφαιρεῖν vel ὑφαιρεῖσθαι τὴν τροφὴν e. g. ap. Plutarch. in Lucullo: ὅπως ὑφαιρέσῃ τὴν τροφήν. *Commeatus* de advectis vel advehendis cibariis ad alimoniam exercitus etc.

224. *Cibatus.* Cibus, pastus, res frumentaria. Lucret. VI, 1125. *Aut alios hominum pastus pecudumque cibatus.* Commeatus h. l. pro apparatu bellico et instrumentis. Q. Claudius ap. Gell. XVII, 2. *Et Romani, ait, multis armis et magno*

Tuto possit pervenire. Hanc rem age: res subitaria est.
Reperi, comminiscere, cedo calidum consilium cito,

---

commeatu praedâque ingenti capiantur, *Gepäck*, *Bagage*.

225. *Hanc rem age*. In hoc negotium totus incumbe, hoc negotium attende ac cura. *Res subitaria est*. Subito peragenda est, *die Sache ist eilig*.

226. *Reperi, comminiscere*. In memoriam revoca. *Cedo*, dic vel da; verbum defectivum, quod tantum in imperativo legitur. *Calidum consilium*. *Einen raschen Rath*, *Endschluss*. *Calidum* omne id dicitur, quod subito animi fervore tum dicitur, tum fit, sive sceleratum sive scelere vacans, cuius sequiori eventui aut temeritas aut praecipitatio, aut scelus aut inconsulta animi audacia pro caussa subest. In eo significatu Graeci θερμὸν acceperunt. Aristoph. Plut. 913. ὦ θερμὸν ἔργον κἀνόσιον καὶ παράνομον. Sic Plautus Most. III, 1. 31. *calidum mendacium* dicit subitaneum et impraemeditatum, id quod contextus ipse verborum indicat. Sic *calidis dolis* Bacch. IV, 4, 4. idem dixit pro subitario consilio inventis. Plura vid. ap. Jac. Nicolaum Loens. in Miscell. Epiphill. L. I. C. 16.

Quae hic sunt visa, vt visa ne sint; facta infecta vt sient.
Magnam illic, homo, rem incipissis: magna moenis moenia.
Tute vnus si recipere hoc ad te dicis, confidentia est
Nos inimicos profligare posse.

PALAESTRIO.

Dico et recipio
Ad me.

---

228. *Incipissis.* Incipisse est incipere, aggredi. Cf. Capt. III, 3, 17. *Magna moenis moenia.* Magnam rem moliris, negotium difficile est et arduum, quod suscipis. Allegoria a re militari: *moenis* vero pro munis.

229. *Tute vnus si recipere hoc* etc. Tute vnus si dicis, te tuo periculo promittere, fore, vt hoc negotium abs te conficiatur, certa spes est, nos inimicos posse perdere. *Recipere* est ἀναδέχεσθαι seu ἐφ᾽ ἑαυτῷ δέχεσθαι; *auf sich, über sich nehmen*, Terent. Heaut. V, 5, 12. *ad me recipio. Confidentia est.* Confido vel confidere licet. Pseud. II, 4, 72. *Confidentia est, inimicos meos me posse perdere.*

PERIPLECTOMENES.

Et ego impetraturum dico id quod petis.

PALAESTRIO.

At te Juppiter
Bene amet!

PERIPLECTOMENES.

At imperti, amice, me, quod commentu's.

PALAESTRIO.

Tace:
Dum in regionem astutiarum mearum te indu-
co, vt scias

231. *Et ego impetraturum id quod petis.* Et ego dico, te optatorum s. conatuum tuorum compotem futurum. Saepe ap. Plautum *impetrare* pro consequi et conficere e. g. Capt. I, 2, 17. *Quod quidem ego nimis quam cupio, vt impetret.* Ibid. III, 2, 14. *Vt quod me oravisti impetres. At te Juppiter bene amet!* Formula bene precantis.

232. *At imperti me.* Fac me participem eius consilii, quod excogitasti. *Tace.* Attentum te praebe.

233. *In regionem astutiarum mearum.* In locum, i. e. dum tibi astutias meas et dolos ex-

Quae hic sunt visa, vt visa ne sint; facta infecta vt sient.

Magnam illic, homo, rem incipissis: magna moenis moenia.

Tute vnus si recipere hoc ad te dicis, confidentia est

Nos inimicos profligare posse.

PALAESTRIO.

Dico et recipio

Ad me.

---

228. *Incipissis.* Incipisse est incipere, aggredi. Cf. Capt. III, 3, 17. *Magna moenis moenia.* Magnam rem moliris, negotium difficile est et arduum, quod suscipis. Allegoria a re militari: *moenis* vero pro munis.

229. *Tute vnus si recipere hoc* etc. Tute vnus si dicis, te tuo periculo promittere, fore, vt hoc negotium abs te conficiatur, certa spes est, nos inimicos posse perdere. *Recipere* est ἀναδέχεσθαι seu ἐφ᾽ ἑαυτῷ δέχεσθαι; *auf sich, über sich nehmen.* Terent. Heaut. V, 5, 12. *ad me recipio.* *Confidentia est.* Confido vel confidere licet. Pseud. II, 4, 72. *Confidentia est, inimicos meos me posse perdere.*

PERIPLECTOMENES.

Et ego impetraturum dico id quod petis.

PALAESTRIO.

At te Juppiter
Bene amet!

PERIPLECTOMENES.

At imperti, amice, me, quod commentu's.

PALAESTRIO.

Tace:
Dum in regionem astutiarum mearum te induco, vt scias

---

231. *Et ego impetraturum id quod petis.* Et ego dico, te optatorum s. conatuum tuorum compotem futurum. Saepe ap. Plautum impetrare pro consequi et conficere e. g. Capt. I, 2, 17. *Quod quidem ego nimis quam cupio, vt impetret.* Ibid. III, 2, 14. *Vt quod me oravisti impetres. At te Juppiter bene amet!* Formula bene precantis.

232. *At imperti me.* Fac me participem eius consilii, quod excogitasti. *Tace.* Attentum te praebe.

233. *In regionem astutiarum mearum.* In locum, i. e. dum tibi astutias meas et dolos ex-

Quae hic sunt visa, vt visa ne sint; facta infecta vt fient.
Magnam illic, homo, rem incipissis: magna moenis moenia.
Tute vnus si recipere hoc ad te dicis, confidentia est
Nos inimicos profligare posse.

PALAESTRIO.

Dico et recipio
Ad me.

---

228. *Incipissis.* Incipisse est incipere, aggredi. Cf. Capt. III, 3, 17. *Magna moenis moenia.* Magnam rem moliris, negotium difficile est et arduum, quod suscipis. Allegoria a re militari: *moenis* vero pro munis.

229. *Tute vnus si recipere hoc* etc. Tute vnus si dicis, te tuo periculo promittere, fore, vt hoc negotium abs te conficiatur, certa spes est, nos inimicos posse perdere. *Recipere* est ἀναδέχεσθαι seu ἐφ ἑαυτῷ δέχεσθαι, *auf sich, über sich nehmen*, Terent. Heaut. V, 5, 12. *ad me recipio.* *Confidentia est.* Confido vel confidere licet. Pseud. II, 4, 72. *Confidentia est, inimicos meos me posse perdere.*

PERIPLECTOMENES.

Et ego impetraturum dico id quod petis.

PALAESTRIO.

At te Juppiter
Bene amet!

PERIPLECTOMENES.

At imperti, amice, me, quod commentu's.

PALAESTRIO.

Tace:
Dum in regionem astutiarum mearum te induco, vt scias

231. *Et ego impetraturum id quod petis.* Et ego dico, te optatorum s. conatuum tuorum compotem futurum. Saepe ap. Plautum *impetrare* pro consequi et conficere e. g. Capt. I, 2, 17. *Quod quidem ego nimis quam cupio, vt impetret.* Ibid. III, 2, 14. *Vt quod me oravisti impetres.* *At te Juppiter bene amet!* Formula bene precantis.

232. *At imperti me.* Fac me participem eius consilii, quod excogitasti. *Tace.* Attentum te praebe.

233. *In regionem astutiarum mearum.* In locum, i. e. dum tibi astutias meas et dolos ex-

Juxta mecum mea consilia.

PERIPLECTOMENES.

Salva sumes indidem.

PALAESTRIO.

Herus meus elephanti corio circumtentus est, non suo,

---

cogitatos narro. Sic *capere provinciam*, *tradere provinciam* eadem fere metaphora, ap. Terent. Phorm. I, 2, 22. Heauton. III, 2, 5. et ap. Nostrum Stich. V, 4, 16.

234. *Juxta mecum.* Aeque atque ego. *Juxta* in comparationibus eleganter vsurpatur pro aeque, similiter. Pers. II, 2, 67. *Juxta tecum si tu nescis, nescio.* Sallust. in Catill. C. 58. *Nunc vero, quo in loco res sitae sunt, juxta mecum omnes intelligitis.* Aul. IV, 7, 1. *Juxta rem mecum tenes.* Pseud. IV, 7, 62. *Juxta cum ignarissimis.* *Salva sumes indidem.* Sc. quo posueris i. e. recte et tuto apud me deposueris seu mihi credideris; non enim ea cui vulgabo, sed salva et integra, qualia accepero, ex eodem loco, in quo deposueris, tolles. *Indidem* ex eodem loco, ἐκ τοῦ αὐτοῦ. Tralatio a rebus depositis et creditis. Trin. I, 2, 108. *Mihi quod credideris sumes vbi posueris.*

235. *Herus meus elephanti corio circumtentus est.* I. e. herus meus nihil sentit,

Neque habet plus sapientiae, quam lapis.

PERIPLECTOMENES.

Egomet istuc scio.

PALAESTRIO.

Nunc sic rationem incipissam, hanc instituam astutiam,
Vt Philocomasio hanc sororem geminam germanam alteram

---

herus meus stupidus et stolidus est; elephanti enim corium durissimum et crassissimum est. Nostri eadem metaphora: *dickhäutig* dicunt, pro: sine sensu. Sic ἐλέφαντος διαφέρεις οὐδὲν, *ab elephante differs nihil*, dicebatur in magnos et stupidos, autore Diogeniano. *Non suo.* I. e. humano.

236. *Lapis.* Qui nihil sentit. Ponitur haec vox, vt Graecorum λίθος, pro bruto stupidoque homine. Terent. Hecyr. II, 1, 17. *Tu, inquam, mulier, quae me omnino lapidem, non hominem putas.* Heaut. V, 1, 43. *Quot res dedere, vbi possem persentiscere, ni essem lapis.* Mercat. III, 4, 47. *Ego me credidi Homini docto rem mandare, is lapidi mando maxumo.*

237. *Incipissam.* Incipiam. *Instituam astutiam.* vt Epid. III, 2, 27.

Dicam Athenis advenisse cum amatore aliquo suo,

Tam similem, quam lacte lacti est; apud te eos hic devortier

Dicam hospitio.

PERIPLECTOMENES.

Euge, euge, lepide! laudo commentum tuum.

PALAESTRIO.

Vt si illic concriminatus siet advorsum Militem

---

240. *Quam lacte lacti est.* *Lacte* casu recto pro lac. Men. V. 9. 30. *Neque aqua aquae, neque lacte est lacti, mihi crede, vsquam similius, Quam hic tui est, tuque huius.* Sic et *ovorum* similitudo est in proverbio e. g. ap. Cicer. Quaest. Acad. IV. 7. *Devortier.* Hospitio deversati.

242. *Vt si illic concriminatus siet* etc. Constructio: Vt si meus conservus concriminatus sit adversus Militem, eam vidisse illic cum alieno osculariet h. e. vt si hic conservus meus Philocomasium apud Militem accusarit, se eam illic, i. e. in domo Militis, vidisse cum alieno osculantem et caput limantem, ego contra arguam, hunc eundem conservum meum vidisse illam Philocomasii sororem germanam et geminam apud te,

Meus conſervos, eam vidiſſe cum alieno oscularier,
Eum arguam vidiſſe apud te contra conſervom meum
Cum ſuo amatore amplexantem atque osculantem.

PERIPLECTOMENES.

Imo vt optume!
Idem ego dicam, ſi me exquiret Miles.

PALAESTRIO.

Sed ſimillumas
Dicito eſſe: et Philocomaſio id praecipiendum eſt, vt ſciat,
Ne titubet, ſi quaeret ex ea Miles.

---

i. e. domi tuae, cum ſuo amatore amplexus et oscula communicantem. *Concriminari* i. q. criminari.

246. *Si me exquiret.* Si ex me quaerat.

247. *Praecipiendum.* Praemonſtrandum, indicandum.

248. *Ne titubet.* Ne quid peccet, aut offendat. Horat. Epiſt. I, 13, 19. *Vade, vale; cave ne titubes, mandataque frangas.* *Nimis doctum dolum.* O doctum valde et ingenioſe excogitatum dolum! Sic ſaepe Plautus e. g. Pſeud. I, 5, 70. 113.

PERIPLECTOMENES.

Nimis doctum dolum!

Sed si ambas videre in vno Miles concilio volet,

Quid agimus?

PALAESTRIO.

Facile est: trecentae possunt caussae colligi:

Non domi est, abiit ambulatum, dormit, ornatur, lavat,

Prandet, potat, occupata'st; operae non est: non potest.

---

249. *In vno concilio.* In vno coetu, vel conventu, *zusammen.*

250. *Quid agimus?* Quid acturi sumus? *Was fangen wir an? Trecentae possunt caussae colligi.* Sc. quamobrem non possunt duo sorores congredi, et in vno coetu videri. *Trecentae* i. e. multae, innumerabiles, vt nostrum *tausend. Caussae,* προβάσεις, praetexta, excusationes, *da kann man tausenderlei vorwenden. Colligi,* in vnum cogi et conferri.

252. *Operae non est.* Sc. pretium, *es ist nicht der Mühe werth;* vel potius, non est otium, non est vacua, vt Truc. IV, 4, 30. *Operae ubi mihi erit,*

Quantum vis prolationum, dum modo nunc prima via
Inducamus, vera vt esse credat quae mentibitur.

PERIPLECTOMENES.

Placet, vt dicis.

PALAESTRIO.

Intro abi ergo, et si isti est mulier, eam iube
Cito domum transire, atque haec ei monstra. Praecipe,

---

ad te venero. A. Gell. I, 17. *Nunc mihi operae non est; cum otium erit, revises ad me atque disces.* Infra 812. *Non operae est Sceledro.*

253. *Quantum vis prolationum.* Sc. tantum adest. *Procrastinationum,* ἀναβολῶν. *Dum modo nunc prima via inducamus.* Dum modo nunc initio ei persuadeamus.

254. *Quae mentibitur.* Quae mentientur: impersonale passivum, vt Men. II, 2, 52. *Jam ergo haec madebunt saxo; nihil morabitur.* Ad morem Graecorum cum nomine neutro pluralis numeri construit verbum in numero singulari.

255. *Isti.* Pro istic, *daselbst.*

256. *Domum.* Sc. Militis, vbi proprie erat. *Haec.* Quae excogitata sunt a nobis in fraudem

Vt teneat consilia nostra, quemadmodum exorsi sumus
De gemina sorore.

PERIPLECTOMENES.

Docte tibi illam perdoctam dabo.
Nunquid aliud?

PALAESTRIO.

Intro vt abeas.

PERIPLECTOMENES.

Abeo.

PALAESTRIO.

Equidem et ego ibo domum,
Atque hominem investigando sumam operam; hinc dissimulavero,

Militis. *Monstra.* Doce, vt Bacch. I, 2, 25. *Praecipe.* I. q. monstra.

258. *Docte perdoctam.* Vt *scite scitus* Cas. III, 1, 8. *impudenter impudens* Rud. IV, 3, 38. *misere miser* Cist. IV, 2, 21. Pseud. I, 1, 11.

259. *Nunquid aliud?* Sermo abeuntis: vt apud nos: *Haben Sie noch was zu befehlen?*

260. *Atque hominem, investigando* etc. Atque in homine, qui Philocomasium vidit, inve-

Qui fuerit conservos, qui hodie siet sectatus simiam.

Nam ille non potuit, quin sermoni suo aliquem familiarem

Participaverit de amica heri, sese vidisse eam

Hic in proxumo osculantem cum alieno adolescentulo.

Novi morem ego: et tacere nostrorum solus scio.

Si invenio qui vidit, ad eum vineas pluteosque agam.

---

stigando sumam operam. *Hinc dissimulavero* etc. Hanc ob rem ita me faciam, quasi nescirem, vnum e conservis meis fuisse, qui etc.

262. *Nam ille non potuit, quin* etc. Non potuit facere, vt non aliquem familiarium sui sermonis participem fecerit de Philocomasio. *Participare aliquem alicui rei* est conscium et participem alicuius rei facere. Eadem syntaxi Lucret. III, 692. *Namque ita connexa'st per venas, viscera, nervos, Ossaque, vt dentes quoque sensu participentur*, i. e. sensus participes sunt. *Sensu* vero positum pro sensui, vt Virg. Aen. VII, 747. *venatu* pro venatui.

265. *Novi morem ego.* Sc. nostrorum familiarium; tacere nesciunt.

266. *Ad eum vineas pluteosque agam.* Significat, se machinas omnes et artes adhibitu-

Res parata est vi pugnandoque hominem capere certa res est.
Si ita non reperio, ibo odorans quasi canis venaticus,
Vsque donec persecutus volpem ero vestigiis.

...rum, quibus Sceledro et Militi persuadeat, sorores germanas inter se simillimas esse. Milites Romani in obsidione opera facere aut muros subruere solebant tecti generibus quibusdam machinarum, quas vineas aut pluteos appellabant: inter quae duo hoc intererat, quod *plutei* similes erant appendicibus aedificiorum, quae in vnam tantum partem tectum habent, vt et plutei, in quibus scribimus (*Schreibepulte*): *vineae* in vtramque partem devexitatem tecti habebant. Vtriusque munimenti descriptio est ap. Veget. IV, 15.

267. *Capere certa res est.* Capiam.

268 *Ibo odorans quasi canis venaticus.* Cicero de Orat. II, 44, 186. *Omni mente in ea cogitatione curâque versor, vt odorer quam sagacissime possim, quid sentiant, quid existiment, quid exspectent, quid velint, quo deduci facillime posse videantur judices.*

269. *Vsque donec persecutus volpem.* Allegoria a venatione. *Moderabo.* Moderabor.

Sed fores concrepuerunt nostrae; ego voci mo-
derabo meae:
Nam illic est Philocomasio custos, meus conser-
vos, atque it foras.

SCENA III.

SCELEDRUS. PALAESTRIO.

Palaestrioni, qui totus in eo est, ut inveniat servum Militis qui Philocomasium viderat apud Periplectomenem cum Pleuside osculantem et amplexantem, occurrit Sceledrus, monitor Philocomasii, et mox ex eius sermonibus, quos secum habet, colligit Palaestrio, eum esse eundem, quem quaerat, et ne in conjectura erret, ipse Sceledrus narrat Palaestrioni facinus. Quo facto in angustias adducit Sceledrum, dum dicit, eum dupliciter periturum esse, vel si falsum, vel si verum sit, quod viderit. Tandem incredulo persuadere laborat, Philocomasii fuisse sororem geminam, non Philocomasium ipsam, quam viderit in proxumo osculantem, et re vera ipsi persuadet.

SCELEDRUS.

Nisi quidem ego hodie ambulavi dormiens in
tegulis,

272. *Nisi quidem ego hodie dormiens ambulavi in tegulis.* Nisi ego somniavi, me

Certo edepol scio, me vidisse hic proxumae viciniae
Philocomasium, herilem amicam, sibi malam rem quaerere.

PALAESTRIO.

Hic illam vidit osculantem, quantum hunc audivi loqui.

SCELEDRUS.

Quis hic est?

---

ambulare in tegulis; si ego re vera, non in somniis ambulavi in tegulis. Cf. Stieglitz Archaeol. *d. Baukunst.* T. I. p. 108.

273. *Hic proxumae viciniae.* In hac proxima vicinia. *Proxumae viciniae* gen. casu, qui regitur ab adverbio *hic.* Sic Terent. Andr. I, 1, 41. *Interea mulier quaedam abhinc triennium Ex Andro commigravit huc viciniae.*

274. *Malam rem quaerere, auf bösen Wegen gehen, Schlimmes vorhaben.* v. Bentlej. ad Terent. Phorm. III, 3, 11. Cf. infra 432. Sic Plaut. Rud. Prol. 16. *Cotidie ille scit, quis hic quaerat malum;* et Cist. I, 2, 23. *Item ut aliae pariunt, quae malum quaerunt sibi.*

275. *Quantum hunc audivi. So viel ich von ihm gehört habe.*

PALAESTRIO.

Tuus conservos. Quid agis, Sceledre?

SCELEDRUS.

Te, Palaestrio,
Volupe'st convenisse.

PALAESTRIO.

Quid jam? aut quid negotii? Fac sciam.

SCELEDRUS.

Metuo.

PALAESTRIO.

Quid metuis?

SCELEDRUS.

Ne hercle hodie, quantum hic familiarium est,
Maxumum in malum cruciatum insiliamus.

---

278. *Quantum hic familiarium est.* Nos omnes, quotquot hic sunt.

279. *Maxumum in malum cruciatum insiliamus.* *Maxumus malus cruciatus*, (Menaechm. Prol. 66. *maxima mala crux*,) est crux

PALAESTRIO.

Tu sali

Solus: nam ego istam insulturam et desulturam nihil hic moror.

SCELEDRUS.

Nescis tu fortasse, apud nos facinus quod natum est novom.

---

pessima. *Maxumum in malum cruciatum* vero *insilire*, est maximopere angi et cruciari; *crux* enim et *cruciatus* pro omni angore et exitio. *Insilire* autem *crucem* dicitur, quod supplicio afficiendi pede in suppedaneum (τὸ ὑποπόδιον) posito, crucem ascendebant: vnde etiam est *crucisalus* (*Kreuzsprung*) Bacch. II, 3, 128.

280. *Nam ego istam insulturam et desulturam nihil moror.* Nam ego nolo in cruciatum talem insilire, neque desilire. Fortassis alludit ad desultores (*Luftspringer*), qui duobus absque ephippiis vtentes equis ex vno desiliebant, et in alterum mira celeritate insiliebant: vnde desultoria levitas, et *desultorius*, inconstans, instabilisque ingenii homo. *Nihil moror* autem est formula, qua vtimur, cum quid quasi respuere et contemnere, vel certe non magnopere desiderare velle videmur. e. g. Trin. II, 2, 18. 56. et V, 2, 34. Terent. Eun. I, 2, 103. et al.

PALAESTRIO.

Quod id est facinus?

SCELEDRUS.

Impudicum.

PALAESTRIO.

Tute scis soli te tibi!

Mihi ne dixis, scire nolo.

SCELEDRUS.

Non enim faciam, quin scias.

Simiam hodie sum sectatus nostram in horum tegulis.

PALAESTRIO.

Edepol, Sceledre, homo sectatu's nihili nequam bestiam.

---

282. *Scis* pro scias, contractione prisca.

283. *Dixis*, pro dixeris. *Non enim faciam, quin scias.* Enim vero non committam, vt non scias.

284. *Horum.* Sc. vicinorum, vicini Periplectomenis.

285. *Edepol, Sceledre, homo sectatu's nihili nequam bestiam.* Edepol, Sceledre, tu

SCELEDRUS.

Dii te perdant!

PALAESTRIO.

Te istuc aequom, quoniam occepisti eloqui.

SCELEDRUS.

Forte fortuna per impluvium huc despexi in proxumum:
Atque ego illâ aspicio osculantem Philocomasium cum altero,
Nescio quo adolescente.

---

homo nihili sectatus es nequam bestiam. *Nequam*, improbam, inutilem, est omnis generis.

286. *Dii te perdant. Pal. Te istuc aequom.* Aequum est, te deos perdere. Plautinus jocus, et saepe ab eo repetitus e. g. Capt. IV, 2, 88. Poen. III, 2, 11. et Amph. II, 2, 109. *Vae capiti tuo. Sos. Tuo istuc erit.* Cf. infra vs. 226.

287. *Despexi.* Deorsum adspexi.

288. *Illa* pro illac, nisi legendum *illi* pro illic. *Altero.* Alieno.

PALAESTRIO.

Quod ego, Sceledre, ſcelus ex te audio?

SCELEDRUS.

Profecto vidi.

PALAESTRIO.

Tuten'?

SCELEDRUS.

Egomet duobus his oculis meis.

PALAESTRIO.

Abi, non veriſimile dicis, neque vidiſti.

SCELEDRUS.

Num tibi

---

289. *Scelus.* Hyperbolice dictum. Nam proprie ſignificat facinus aliquod, quod inquinat et impurum reddit, qualis eſt caedes. Qui enim caedem commiſſerunt, maxime civis aut hospitis, impuras manus habent, ipſique impuri ſunt. Praeterea omnis impietas, omneque factum impium ſcelus eſt, vt: contemnere Divos, prodere patriam, non alere aut non colere parentes et propinquos, etc. et qui talia fecerunt *ſcelerati, ſceleſti, ſceleroſi* a Latinis appellantur.

Lippus videor?

PALAESTRIO.

Medicum istuc tibi melius percontarier.

Verum enim tu istam, si te dii amant, temere haud tollas fabulam:

Tuis nunc cruribus capitique fraudem capitalem hinc creas.

---

292. *Medicum.* Sc. cuius est, scire oculorum. *Percontarier.* Percontari, rogare: subintell. vero *est.* Melius est tibi haec e medico quaerere.

293. *Verum enim tu istam, si te dii amant, temere haud tollas fabulam.* Nisi tibi deos iratos habere velis, cave istum sermonem sine magna ratione efferas et vulges. Alludit ad morem patrum, qui agnoscebant recens natos liberos, tellure cadentes, tollendo et suscipiendo. Qui tollebat infantem, patrem eius se profitebatur, puerum educabat et nutriebat: sic tollit fabulam, qui eius se facit autorem, incipit serere ac fovere, qui pro vera agnoscit. Hinc existit quidem, vt palam fiat ac divulgetur: non tamen tollere proprie est divulgare ac palam facere.

294. *Tuis nunc cruribus — hinc creas.* Cruribus tuis compedes, et capiti i. e. vitae extre-

Nam tibi iam, vt pereas, paratum eſt dupliciter, niſi ſupprimis
Tuum ſtultiloquium.

SCELEDRUS.

Qui vero dupliciter?

PALAESTRIO.

Id dicam tibi,
Primum dum, ſi falſo inſimulas Philocomaſium, hoc perieris;
Iterum, ſi id verum eſt, tu ei cuſtos additus, perieris.

---

mam poenam hoc ſermone, ſi palam fiet, paras. Veteres enim *fraudem* pro poena ponebant. v. Servius ad Virg. Aen. X, 72. et Vlpianus ad L. XXI Digeſt. Tit. de aedit. edicto.

296. *Stultiloquium.* Stultum ſermonem, μωρολογίαν. Ita alibi Noſter dixit *multiloquium*, *pauciloquium*.

297. *Primum dum.* Tò *dum* παρέλκει vt Bacch. II, 3, 35. Moſt. I, 2, 39. Rud. Prol. 32. etc. et vt in *agedum facitodum*, vbi eſt particula inſeparabilis. *Hoc perieris.* Ob hoc ipſum.

298. *Tu ei cuſtos additus perieris.* Tu, qua cuſtos ei additus, quippe qui negligenter eam cuſtodieris.

SCELEDRUS.

Quid fuat me, nescio: haec me vidisse ego certo scio.

PALAESTRIO.

Pergen' infelix?

SCELEDRUS.

Quid tibi vis dicam, nisi quod viderim?
Quin etiam nunc intus hic in proxumo est.

PALAESTRIO.

Eho, an non domi est?

SCELEDRUS.

Vise, abi intro tute. Nam ego mihi nihil credo postea.

PALAESTRIO.

Certum est, facere id.

SCELEDRUS.

Hic te opperiar: eadem illi insidias dabo,

---

299. *Quid fuat me.* Quid de me fiat, quid mecum futurum sit.

303. *Certum est, id facere.* Periphrastice pro id faciam. *Eadem illi insidias dabo.*

Quam mox horſum ad ſtabulum iunix recipiat
ſe a pabulo.
Quid ego nunc faciam? Cuſtodem me illi Miles
tradidit.
Nunc, ſi indicium facio, interii; ſi taceo, interii tamen.

Eadem opera (*zugleich*) illi inſidiabor i. e. ex occulto loco illam obſervo, quam brevi tempore hanc partem verſus ſe in aedes noſtras recipiat e domo vicini. *Eadem* pro eadem opera tam frequens ap. Plautum, vt nihil frequentius e. g. Epid. V, 1, 56. Pſeud. I, 3, 98, et IV, 2, 49 etc. etc.

304. *Horſum ad ſtabulum.* Quia paſta jumenta redeunt domum ad ſtabulum. Feſtive vſurpavit de muliere, ab amatore, tamquam a pabulo domum redeunte. *Horſum*, huc verſum. Rud. I, 2, 83. Terent. Eun. II, 1, 13. *Junix*, quo nomine nominat Philocomaſium, eſt vt graece δάμαλις, tenerae aetatis foemina bos, quae jam deſiit vitula eſſe, nec dum tamen ad ſummam magnitudinem pervenit. Mares eadem aetate dicuntur *juvenci*. v. Cornutus ad Perſ. II, 47.

306. *Si indicium facio.* Si id, quod vidi, indico. *Interii*, quia videlicet indiligenter eam cuſtodierim.

Si hoc palam fuerit. Quid peius muliere atque audacius!

Dum ego in tegulis ſum, illac haec ſe hospitio edit foras.

Edepol facinus fecit audax! Hoccine ſi Miles ſciat?

Credo hercle has ſuſtollat aedes totas atque hinc in crucem.

Hercle quicquid eſt, muſſitabo potius, quam intercam male.

---

308. *Illac haec ſe hospitio edit foras.* Haec proripuit ſe illâ ex aedibus Militis.

310. *Credo hercle has — crucem.* Credo hercle, Militem nos omnes ſervos ſtatim ſublaturum eſſe in crucem. Mos enim, quo in magnis ſceleribus non modo animadverteretur in homines ipſos, qui deliquerant, ſed eorum quoque ſedes, huc non quadrare videtur. *Aedes* h. l. ipſi homines, familia, et aedes totae i. q. tota familia ſc. Militis, omnes eius ſervi. Truc. II, 8. 7. *Quantillo mihi opere nunc perſuaderi poteſt, Vt ego ſuffringam hisce talos totis aedibus.* *Atque* pro ſtatim.

311. *Muſſitabo.* Tacebo, linguam comprimam. *Muſſitare* verbum frequentativum a muſ-

Non ego possum, quae ipsa sese venditat, tutarier.

PALAESTRIO.

Sceledre, Sceledre!

SCELEDRUS.

Quis homo me interminat?

PALAESTRIO.

Est te alter audacior?
Qui magis diis inimicis natus, quam tu, atque iratis?

SCELEDRUS.

Quid est?

---

sare, quod est, vt docet Nonius, hominum occulta et depressa voce loquentium, quod celatum velint.

312. *Venditat.* Vendere et prostituere cupit.

313. *Me interminat.* Minaci voce me inclamat.

314. *Quis magis diis inimicis natus.* Quis te infelicior. *Diis est iratis natus* proverbiale de homine invenusto et misero, cui nihil bene succedit, quemque Petronius *malo astro natum*, vel etiam *astrosum* appellat. Sic Persius IV. 27.

PALAESTRIO.

Juben' tibi oculos effodiri; quibus id, quod nusquam est, vides?

SCELEDRUS.

Quid, nusquam? —

PALAESTRIO.

Non ego nunc emam vitam tuam vitiosa nuce.

Diis iratis, genioque sinistro. Horat. Sat. I, 5, 26. *Iratis pariter natus diis atque poëtis.* Juven. X, 129. *Adversis diis et fato sinistro genitus*, et alibi Plautus, Mostell. III, 1, 36. *Natus diis inimicis omnibus.* Haec enim opinio fuit, diis iratis nihil feliciter geri. Contraria sunt *diis secundis*, *Diis hominibusque plaudentibus.* Atque adeo felicem denotare volentes ac venustum, dicebant, *ipsi nascenti deos risisse*, *ipsum placido lumine vel numine vidisse aut adspexisse.* Dicebatur quoque Dii *bonum nascenti omen sternutasse.* v. Schoppi. Verisl. IV, 12.

316. *Vitiosa nuce.* *Um eine taube Nuss.* Quae h. l. vitiosa, alibi a Plauto, I, 3, 136. et Horat. Serm. II, 5, 36. dicitur *nux cassa.* Sensus: Vita tua haud longe abest ab interitu, vita tua in summum discrimen venit. Similia sunt ap. Aristoph. Pac. 414. Οὐκ ἂν πριαίμην οὐδ' ἂν ἰσχάδος

SCELEDRUS.

Quid negotii est?

PALAESTRIO.

Quid negotii sit, rogas?

SCELEDRUS.

Cur non rogem?

PALAESTRIO.

Nonne tibi istam praetruncari linguam largiloquam jubes?

SCELEDRUS.

Quamobrem jubeam?

PALAESTRIO.

Philocomasium eccam domi, quam in proxumo
Vidisse aiebas te osculantem atque amplexantem cum altero.

μιᾶς, *non emerim nec unica quidem nuce*, et ap. Plautum in Casina e Festo: *Non ego istud verbum empsitem titivillitio.* i. e. re nihili.

318. *Linguam largiloquam.* Πολυλόγον, quae nimis abunde loquitur.

SCELEDRUS.

Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico.

PALAESTRIO.

Quid iam?

SCELEDRUS.

Quia luscitiosus.

PALAESTRIO.

Vae verbero! Edepol, tu quidem

---

321. *Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico.* Q. d. Si triticum carum esset, non esset mirum, te lolio vitam tolerare; nunc vero cum tam vile sit triticum etc. Aenigmate proverbiali *lolio victitare* dicuntur lusciosi et caecutientes. Inest enim lolio peculiare quoddam malum, vt oculis caliginem inducat. Ovid. Fast. I, 691. *Et careant loliis oculos vitiantibus agri.*

322. *Quid iam?* Quamobrem? *Luscitiosus.* Sequentia ista *edepol tu quidem caecus non luscitiosus* satis ostendunt, per luscitiosum h. l. intelligi eum, qui male et parum videt; proprie vero *luscitio* est vitium oculorum, cum quis clarius vespertino tempore, quam meridie cernit. Ita certe explicat hanc vocem Festus. *Verbero.* Verberibus dignus. Convitium in servos.

Caecus, non luscitiosus; nam illam quidem eccam domi.

SCELEDRUS.

Quid, domi?

PALAESTRIO.

Domi hercle vero.

SCELEDRUS.

Abi; ludis me, Palaestrio.

PALAESTRIO.

Tum mihi sunt manus inquinatae.

SCELEDRUS.

Qui dum?

PALAESTRIO.

Quia ludo luto.

---

324. *Ludis me.* Vel deludis, derides me, vel ludis mecum, vt me sit ablativus, vt cum dicimus *ludere pila, disco* etc.

325. *Tum mihi sunt manus inquinatae.* Jocus ex ambiguo: Sceledrus enim ludis me sic accipit, vt me sit accus. casus, Palaestrio vero vt sit ablativus. *Qui dum? Wie so? Quia ludo*

SCELEDRUS.

Vae capiti tuo!

PALAESTRIO.

Tuo istuc, Sceledre, promitto fore.
Nisi oculos orationemque aliam commutas tibi.
Sed fores concrepuerunt nostrae.

SCELEDRUS.

At ego illas observo fores.

---

luto. Quia, cum ludo te i. e. tecum, perinde est, ac si luto ludam: tu enim homo lutulentus es. Veteres *lutum* pro *lutulentis hominibus* posuerunt, vt *coenum* pro *coenosis et turpissimis* vel vt est Cas. I, 1, 26. pro *sterquilinio effossis.*

326. *Tuo istuc.* Tuo capiti istuc Vae. Sensus: quae tu mihi mala promittis, tibi evenient. Iocus ex distinctione.

327. *Nisi oculos orationemque aliam commutas tibi.* *Aliam* non ad *orationemque* trahendum, sed ἐλλειπτικῶς sumendum, quasi sit *aliam in partem.* Sic infra 1278. *Oratio alia mihi demutanda est mea.*

328. *At ego illas* (Periplectomenis) *observo fores.* Vt Philocomasium sc. per eas exeuntem videam.

Nam nihil est, qua hinc huc transire ea possit,
nisi recto ostio.

PALAESTRIO.

Quin domi eccam. Nescio, quae te, Sceledre,
scelera suscitant.

SCELEDRUS.

Mihi ego video, mihi ego sapio; mihi ego credo
plurimum:

Me homo nemo deterruerit, quin ea sit in his
aedibus:

---

329. *Nam nihil est.* Subintell. viae, i. e. nam nulla est via, qua e domo vicini domum nostram Philocomasium transire possit, nisi per ostium rectum. *Recto ostio.* Rectum ostium opponitur postico, *die Vorderthür.* v. Stieglitz l. c. T. III. p. 169.

330. *Quae te, Sceledre, scelera suscitant.* *Was du für gottlose Streiche vorhast, was dich anficht.* Suscitare i. q. impellere. Jocatur vero in verbis similem sonum habentibus.

331. *Mihi ego video.* Non aliis, quorum non curo applausum.

332. *Me homo nemo deterruerit, quin ea sit in his aedibus.* Nemo ita me deterrebit, ut non credam, Philocomasium esse in aedibus Periplectomenis.

SCELEDRUS.

Quid fuat me, nescio: haec me vidisse ego certo scio.

PALAESTRIO.

Pergen' infelix?

SCELEDRUS.

Quid tibi vis dicam, nisi quod viderim?
Quin etiam nunc intus hic in proxumo est.

PALAESTRIO.

Eho, an non domi est?

SCELEDRUS.

Vise, abi intro tute. Nam ego mihi nihil credo postea.

PALAESTRIO.

Certum est, facere id.

SCELEDRUS.

Hic te opperiar: eadem illi insidias dabo,

---

299. *Quid fuat me.* Quid de me fiat, quid mecum futurum sit.

303. *Certum est, id facere.* Periphrastice pro id faciam. *Eadem illi insidias dabo.*

Quam mox horsum ad stabulum iunix recipiat se a pabulo.
Quid ego nunc faciam? Custodem me illi Miles tradidit.
Nunc, si indicium facio, interii; si taceo, interii tamen.

Eadem opera (*zugleich*) illi insidiabor i. e. ex occulto loco illam observo, quam brevi tempore hanc partem versus se in aedes nostras recipiat e domo vicini. *Eadem* pro eadem opera tam frequens ap. Plautum, vt nihil frequentius e. g. Epid. V, 1, 56. Pseud. I, 3, 98. et IV, 2, 49 etc. etc.

304. *Horsum ad stabulum.* Quia pasta jumenta redeunt domum ad stabulum. Festive vsurpavit de muliere, ab amatore, tamquam a pabulo domum redeunte. *Horsum*, huc versum. Rud. I, 2, 83. Terent. Eun. II, 1, 13. *Iunix*, quo nomine nominat Philocomasium, est vt graece δάμαλις, tenerae aetatis foemina bos, quae jam desiit vitula esse, nec dum tamen ad summam magnitudinem pervenit. Mares eadem aetate dicuntur *juvenci*. v. Cornutus ad Pers. II, 47.

306. *Si indicium facio.* Si id, quod vidi, indico. *Interii*, quia videlicet indiligenter eam custodierim.

Si hoc palam fuerit. Quid peius muliere atque audacius!
Dum ego in tegulis sum, illac haec se hospitio edit foras.
Edepol facinus fecit audax! Hoccine si Miles sciat?
Credo hercle has sustollat aedes totas atque hinc in crucem.
Hercle quicquid est, mussitabo potius, quam inteream male.

---

308. *Illac haec se hospitio edit foras.* Haec proripuit se illâ ex aedibus Militis.

310. *Credo hercle has — crucem.* Credo hercle, Militem nos omnes servos statim sublaturum esse in crucem. Mos enim, quo in magnis sceleribus non modo animadverteretur in homines ipsos, qui deliquerant, sed eorum quoque sedes, huc non quadrare videtur. *Aedes* h. l. ipsi homines, familia, et aedes totae i. q. tota familia sc. Militis, omnes eius servi. Truc. II, 8, 7. *Quantillo mihi opere nunc persuaderi potest, Vt ego suffringam hisce talos totis aedibus.* *Atque* pro statim.

311. *Mussitabo.* Tacebo, linguam comprimam. *Mussitare* verbum frequentativum a mus-

Non ego possum, quae ipsa sese venditat, tutarier.

PALAESTRIO.

Sceledre, Sceledre!

SCELEDRUS.

Quis homo me interminat?

PALAESTRIO.

Est te alter audacior?
Qui magis diis inimicis natus, quam tu, atque iratis?

SCELEDRUS.

Quid est?

---

sare, quod est, vt docet Nonius, hominum occulta et depressa voce loquentium, quod celatum velint.

312. *Venditat.* Vendere et prostituere cupit.

313. *Me interminat.* Minaci voce me inclamat.

314. *Quis magis diis inimicis natus.* Quis te infelicior. *Diis est iratis natus* proverbiale de homine invenusto et misero, cui nihil bene succedit, quemque Petronius *malo astro natum*, vel etiam *astrosum* appellat. Sic Persius IV, 27.

PALAESTRIO.

Juben' tibi oculos effodiri; quibus id, quod nusquam est, vides?

SCELEDRUS.

Quid, nusquam?

PALAESTRIO.

Non ego nunc emam vitam tuam vitiosa nuce.

Diis iratis, genioque sinistro. Horat. Sat. I, 5, 26. *Iratis pariter natus diis atque poëtis.* Juven. X, 129. *Adversis diis et fato sinistro genitus*, et alibi Plautus, Mostell. III, 1, 36. *Natus diis inimicis omnibus.* Haec enim opinio fuit, diis iratis nihil feliciter geri. Contraria sunt *diis secundis*, *Diis hominibusque plaudentibus.* Atque adeo felicem denotare volentes ac venustum, dicebant, *ipsi nascenti deos risisse*, *ipsum placido lumine vel numine vidisse aut adspexisse.* Dicebatur quoque Dii *bonum nascenti omen sternutasse.* v. Schopp. Verisſ. IV, 12.

316. *Vitiosa nuce.* *Um eine taube Nuss.* Quae h. l. vitiosa, alibi a Plauto, I, 3, 136. et Horat. Serm. II, 5, 36. dicitur *nux cassa.* Sensus: Vita tua haud longe abest ab interitu, vita tua in summum discrimen venit. Similia sunt ap. Aristoph. Pac. 414. Οὐκ ἂν πριαίμην οὐδ' ἂν ἰσχάδος

SCELEDRUS.

Quid negotii est?

PALAESTRIO.

Quid negotii sit, rogas?

SCELEDRUS.

Cur non rogem?

PALAESTRIO.

Nonne tibi istam praetruncari linguam largiloquam jubes?

SCELEDRUS.

Quamobrem jubeam?

PALAESTRIO.

Philocomasium eccam domi, quam in proxumo
Vidisse aiebas te osculantem atque amplexantem cum altero.

μιᾶς, *non emerim nec unica quidem nuce*, et ap. Plautum in Casina e Festo: *Non ego istud verbum empsitem titivillitio.* i. e. re nihili.

318. *Linguam largiloquam.* Πολυλόγου, quae nimis abunde loquitur.

SCELEDRUS.

Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico.

PALAESTRIO.

Quid iam?

SCELEDRUS.

Quia luscitiosus.

PALAESTRIO.

Vae verbero! Edepol, tu quidem

321. *Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico.* Q. d. Si triticum carum esset, non esset mirum, te lolio vitam tolerare; nunc vero cum tam vile sit triticum etc. Aenigmate proverbiali *lolio victitare* dicuntur lusciosi et caecutientes. Inest enim lolio peculiare quoddam malum, vt oculis caliginem inducat. Ovid. Fast. I, 691. *Et careant loliis oculos vitiantibus agri.*

322. *Quid iam?* Quamobrem? *Luscitiosus.* Sequentia ista *edepol tu quidem caecus non luscitiosus* satis ostendunt, per luscitiosum h. l. intelligi eum, qui male et parum videt; proprie vero *luscitio* est vitium oculorum, cum quis clarius vespertino tempore, quam meridie cernit. Ita certe explicat hanc vocem Festus. *Verbero.* Verberibus dignus. Convitium in servos.

Caecus, non luscitiosus; nam illam quidem eccam domi.

SCELEDRUS.

Quid, domi?

PALAESTRIO.

Domi hercle vero.

SCELEDRUS.

Abi; ludis me, Palaestrio.

PALAESTRIO.

Tum mihi sunt manus inquinatae.

SCELEDRUS.

Qui dum?

PALAESTRIO.

Quia ludo luto.

---

324. *Ludis me.* Vel deludis, derides me, vel ludis mecum, vt me sit ablativus, vt cum dicimus *ludere pila*, *disco* etc.

325. *Tum mihi sunt manus inquinatae.* Jocus ex ambiguo: Sceledrus enim ludis me sic accipit, vt me sit accus. casus, Palaestrio vero vt sit ablativus. *Qui dum? Wie so? Quia ludo*

SCELEDRUS.

Vae capiti tuo!

PALAESTRIO.

Tuo istuc, Sceledre, promitto fore,
Nisi oculos orationemque aliam commutas tibi.
Sed fores concrepuerunt nostrae.

SCELEDRUS.

At ego illas observo fores.

---

luto. Quia, cum ludo te i. e. tecum, perinde est, ac si luto ludam: tu enim homo lutulentus es. Veteres *lutum* pro *lutulentis hominibus* posuerunt, vt *coenum* pro *coenosis et turpissimis* vel vt est Cas. I, 1, 26. pro *sterquilinio effossis.*

326. *Tuo istuc.* Tuo capiti istuc Vae. Sensus: quae tu mihi mala promittis, tibi evenient. Jocus ex distinctione.

327. *Nisi oculos orationemque aliam commutas tibi.* *Aliam* non ad *orationemque* trahendum, sed ἐλλειπτικῶς sumendum, quasi sit *aliam in partem.* Sic infra 1278. *Oratio alia mihi demutanda est mea.*

328. *At ego illas* (Periplectomenis) *observo fores.* Vt Philocomasium sc. per eas exeuntem videam.

Nam nihil est, qua hinc huc transire ea possit, nisi recto ostio.

PALAESTRIO.

Quin domi eccam. Nescio, quae te, Sceledre, scelera suscitant.

SCELEDRUS.

Mihi ego video, mihi ego sapio; mihi ego credo plurimum:
Me homo nemo deterruerit, quin ea sit in his aedibus:

---

329. *Nam nihil est.* Subintell. viae, i. e. nam nulla est via, qua e domo vicini domum nostram Philocomasium transire possit, nisi per ostium rectum. *Recto ostio.* Rectum ostium opponitur postico, *die Vorderthür.* v. Stieglitz l. c. T. III. p. 169.

330. *Quae te, Sceledre, scelera suscitant.* *Was du für gottlose Streiche vorhast, was dich ansicht.* Suscitare i. q. impellere. Jocatur vero in verbis similem sonum habentibus.

331. *Mihi ego video.* Non aliis, quorum non curo applausum.

332. *Me homo nemo deterruerit, quin ea sit in his aedibus.* Nemo ita me deterrebit, ut non credam, Philocomasium esse in aedibus Periplectomenis.

Hic obsistam, ne imprudenti huc ea se surrepsit mihi.

PALAESTRIO.

Meus illic homo est: deturbabo iam ego illum de pugnaculis.

---

333. *Hic obsistam.* *Obsistere* est opponere sese tuentibus et occurrere; h. l. obstare exire volenti, stare in via, qua alicui transeundum est. v. Passerat. ad Tibull. Paneg. Messalae. *Surrepsit* pro surrepserit i. e. subduxerit mihi.

334. *Meus illic homo est* etc. Haec loquitur Palaestrio submissa voce, vt spectatores tantum audiant. Discessit autem Sceledrus a Palaestrione aliquanto longius, vt Philocomasium ex aedibus Periplectomenis exeuntem excepturus. *Meus est*, proverbialiter quasi dicitur de eo, quem deprehendimus ad vindictam, qui nostrae est potestatis. Pseud. II, 2, 6. *Meus hic est homo, ni omnes di atque homines deferunt.* Cf. Pseud. IV, 7, 22. Eleganter de inescatis Curc. III, 61. *Meus hic est, hamum vorat.* Sic et Nos dicimus. *Er ist vnser*, de eo, quo pro voluntate vti possumus. *De pugnaculis.* De propugnaculis, *Verschanzung.* *Pugnaculum* est locus, vbi pugnatur. Allegoria a re militari.

Vin' iam faciam, vt ftultividum te fatearis?

SCELEDRUS.

Age face!

PALAESTRIO.

Neque te quicquam fapere corde, neque oculis vti?

SCELEDRUS.

Volo.

PALAESTRIO.

Nempe tu iftic ais effe herilem concubinam?

SCELEDRUS.

Atque arguo,

Eam me vidiffe osculanten hic intus cum alieno viro.

---

335. *Stultividum.* Stulte videntem, ftultum in videndo. Eodem modo Martianus Capella VI. princ. noctuam vocat *alitem noctividam.* Hic rurfus Palaeftrio cum Sceledro, aliquanto longius diftante, loquitur.

336. *Neque te quicquam fapere corde* etc. Subintell. e fuperioribus: et visne faciam, vt fatearis. *Sapere corde* v. q. Epid. II, 2, 101. *fapere pleno pectore,* eft animi mentem intelligere, *bei gutem Verftande feyn.*

338. *Hic intus.* In aedibus Periplectomenis.

SCELEDRUS.

Quid fuat me, nescio: haec me vidisse ego certo scio.

PALAESTRIO.

Pergen' infelix?

SCELEDRUS.

Quid tibi vis dicam, nisi quod viderim?
Quin etiam nunc intus hic in proxumo est.

PALAESTRIO.

Eho, an non domi est?

SCELEDRUS.

Vise, abi intro tute. Nam ego mihi nihil credo postea.

PALAESTRIO.

Certum est, facere id.

SCELEDRUS.

Hic te opperiar: eadem illi insidias dabo,

---

299. *Quid fuat me.* Quid de me fiat, quid mecum futurum sit.

303. *Certum est, id facere.* Periphrastice pro id faciam. *Eadem illi insidias dabo.*

Quam mox horſum ad ſtabulum iunix recipiat
ſe a pabulo.
Quid ego nunc faciam? Cuſtodem me illi Miles
tradidit.
Nunc, ſi indicium facio, interii; ſi taceo, interii tamen,

Eadem opera (*zugleich*) illi inſidiabor i. e. ex occulto loco illam obſervo, quam brevi tempore hanc partem verſus ſe in aedes noſtras recipiat e domo vicini. *Eadem* pro eadem opera tam frequens ap. Plautum, vt nihil frequentius e. g. Epid. V, 1, 56. Pſeud. I, 3, 98. et IV, 2, 49 etc. etc.

304. *Horſum ad ſtabulum.* Quia paſta jumenta redeunt domum ad ſtabulum. Feſtive vſurpavit de muliere, ab amatore, tamquam a pabulo domum redeunte. *Horſum*, huc verſum. Rud. I, 2, 83. Terent. Eun. II, 1, 13. *Junix*, quo nomine nominat Philocomaſium, eſt vt graece δάμαλις, tenerae aetatis foemina bos, quae jam deſiit vitula eſſe, nec dum tamen ad ſummam magnitudinem pervenit. Mares eadem aetate dicuntur *juvenci*. v. Cornutus ad Perſ. II, 47.

306. *Si indicium facio.* Si id, quod vidi, indico. *Interii*, quia videlicet indiligenter eam cuſtodierim.

Si hoc palam fuerit. Quid peius muliere atque audacius!
Dum ego in tegulis sum, illac haec se hospitio edit foras.
Edepol facinus fecit audax! Hoccine si Miles sciat?
Credo hercle has sustollat aedes totas atque hinc in crucem.
Hercle quicquid est, mussitabo potius, quam intereum male.

---

308. *Illac haec se hospitio edit foras.* Haec proripuit se illâ ex aedibus Militis.

310. *Credo hercle has — crucem.* Credo hercle, Militem nos omnes servos statim sublaturum esse in crucem. Mos enim, quo in magnis sceleribus non modo animadverteretur in homines ipsos, qui deliquerant, sed eorum quoque sedes, huc non quadrare videtur. *Aedes* h. l. ipsi homines, familia, et aedes totae i. q. tota familia sc. Militis, omnes eius servi. Truc. II, 8, 7. *Quantillo mihi opere nunc persuaderi potest, Vt ego suffringam hisce talos totis aedibus.* *Atque* pro statim.

311. *Mussitabo.* Tacebo, linguam comprimam. *Mussitare* verbum frequentativum a mus-

Non ego possum, quae ipsa sese venditat, tutarier.

PALAESTRIO.

Sceledre, Sceledre!

SCELEDRUS.

Quis homo me interminat?

PALAESTRIO.

Est te alter audacior?
Qui magis diis inimicis natus, quam tu, atque iratis?

SCELEDRUS.

Quid est?

---

sare, quod est, vt docet Nonius, hominum occulta et depressa voce loquentium, quod celatum velint.

312. *Venditat.* Vendere et prostituere cupit.

313. *Me interminat.* Minaci voce me inclamat.

314. *Quis magis diis inimicis natus.* Quis te infelicior. *Diis est iratis natus* proverbiale de homine invenusto et misero, cui nihil bene succedit, quemque Petronius *malo astro natum*, vel etiam *astrosum* appellat. Sic Persius IV, 27.

PALAESTRIO.

315. Juben' tibi oculos effodiri; quibus id, quod nusquam est, vides?

SCELEDRUS.

Quid, nusquam?

PALAESTRIO.

Non ego nunc emam vitam tuam vitiosa nuce.

Diis iratis, genioque sinistro. Horat. Sat. I, 5, 26. *Iratis pariter natus diis atque poëtis.* Juven. X, 129. *Adversis diis et fato sinistro genitus*, et alibi Plautus, Mostell. III, 1, 36. *Natus diis inimicis omnibus.* Haec enim opinio fuit, diis iratis nihil feliciter geri. Contraria sunt *diis secundis, Diis hominibusque plaudentibus.* Atque adeo felicem denotare volentes ac venustum, dicebant, *ipsi nascenti deos risisse, ipsum placido lumine vel numine vidisse aut adspexisse.* Dicebatur quoque Dii *bonum nascenti omen sternutasse.* v. Schoppi. Verisim. IV, 12.

316. *Vitiosa nuce.* *Um eine taube Nuss.* Quae h. l. vitiosa, alibi a Plauto, I, 3, 136. et Horat. Serm. II, 5, 36. dicitur *nux cassa.* Sensus: Vita tua haud longe abest ab interitu, vita tua in summum discrimen venit. Similia sunt ap. Aristoph. Pac. 414. Οὐκ ἂν πριαίμην οὐδ᾽ ἂν ἰσχάδος

SCELEDRUS.

Quid negotii est?

PALAESTRIO.

Quid negotii sit, rogas?

SCELEDRUS.

Cur non rogem?

PALAESTRIO.

Nonne tibi istam praetruncari linguam largiloquam jubes?

SCELEDRUS.

Quamobrem jubeam?

PALAESTRIO.

Philocomasium eccam domi, quam in proxumo
Vidisse aiebas te osculantem atque amplexantem cum altero.

μιᾶς, *non emerim nec unica quidem nuce*, et ap. Plautum in Casina e Festo: *Non ego istud verbum empsitem titivillitio.* i. e. re nihili.

318. *Linguam largiloquam.* Πολυλόγου, quae nimis abunde loquitur.

SCELEDRUS.

Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico.

PALAESTRIO.

Quid iam?

SCELEDRUS.

Quia luscitiosus.

PALAESTRIO.

Vae verbero! Edepol, tu quidem

---

321. *Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico.* Q. d. Si triticum carum esset, non esset mirum, te lolio vitam tolerare; nunc vero cum tam vile sit triticum etc. Aenigmate proverbiali *lolio victitare* dicuntur lusciosi et caecutientes. Inest enim lolio peculiare quoddam malum, vt oculis caliginem inducat. Ovid. Fast. I, 691. *Et careant loliis oculos vitiantibus agri.*

322. *Quid iam?* Quamobrem? *Luscitiosus.* Sequentia ista *edepol tu quidem caecus non luscitiosus* satis ostendunt, per luscitiosum h. l. intelligi eum, qui male et parum videt; proprie vero *luscitio* est vitium oculorum, cum quis clarius vespertino tempore, quam meridie cernit. Ita certe explicat hanc vocem Festus. *Verbero.* Verberibus dignus. Convitium in servos.

Caecus, non luscitiosus; nam illam quidem
eccam domi.

SCELEDRUS.

Quid, domi?

PALAESTRIO.

Domi hercle vero.

SCELEDRUS.

Abi; ludis me, Palaestrio.

PALAESTRIO.

Tum mihi sunt manus inquinatae.

SCELEDRUS.

Qui dum?

PALAESTRIO.

Quia ludo luto.

---

324. *Ludis me.* Vel deludis, derides me, vel ludis mecum, vt me sit ablativus, vt cum dicimus *ludere pila*, *disco* etc.

325. *Tum mihi sunt manus inquinatae.* Jocus ex ambiguo: Sceledrus enim ludis me sic accipit, vt me sit accus. casus, Palaestrio vero vt sit ablativus. *Qui dum? Wie so? Quia ludo*

SCELEDRUS.

Vae capiti tuo!

PALAESTRIO.

Tuo istuc, Sceledre, promitto fore.
Nisi oculos orationemque aliam commutas tibi.
Sed fores concrepuerunt nostrae.

SCELEDRUS.

At ego illas observo fores.

---

luto. Quia, cum ludo te i. e. tecum, perinde est, ac si luto ludam: tu enim homo lutulentus es. Veteres *lutum* pro *lutulentis hominibus* posuerunt, vt *coenum* pro *coenosis et turpissimis* vel vt est Cas. I, 1, 26. pro *sterquilinio effossis*.

326. *Tuo istuc.* Tuo capiti istuc Vae. Sensus: quae tu mihi mala promittis, tibi evenient. Iocus ex distinctione.

327. *Nisi oculos orationemque aliam commutas tibi.* *Aliam* non ad *orationemque* trahendum, sed ἐλλειπτικῶς sumendum, quasi sit *aliam in partem.* Sic infra 1278. *Oratio alia mihi demutanda est mea.*

328. *At ego illas* (Periplectomenis), *observo fores.* Vt Philocomasium sc. per eas exeuntem videam.

Nam nihil est, qua hinc huc transire ea possit, nisi recto ostio.

PALAESTRIO.

Quin domi eccam. Nescio, quae te, Sceledre, scelera suscitant.

SCELEDRUS.

Mihi ego video, mihi ego sapio; mihi ego credo plurimum:

Me homo nemo deterruerit, quin ea sit in his aedibus:

---

329. *Nam nihil est.* Subintell. viae, i. e. nam nulla est via, qua e domo vicini domum nostram Philocomasium transire possit, nisi per ostium rectum. *Recto ostio.* Rectum ostium opponitur postico, *die Vorderthür.* v. Stieglitz l. c. T. III. p. 169.

330. *Quae te, Sceledre, scelera suscitant. Was du für gottlose Streiche vorhast, was dich anficht.* *Suscitare* i. q. impellere. Jocatur vero in verbis similem sonum habentibus.

331. *Mihi ego video.* Non aliis, quorum non curo applausum.

332. *Me homo nemo deterruerit, quin ea sit in his aedibus.* Nemo ita me deterrebit, ut non credam, Philocomasium esse in aedibus Periplectomenis.

Hic obsistam, ne imprudenti huc ea se surrepsit mihi.

PALAESTRIO.

Meus illic homo est: deturbabo iam ego illum de pugnaculis.

---

333. *Hic obsistam.* *Obsistere* est opponere sese tuentibus et occurrere; h. l. obstare exire volenti, stare in via, qua alicui transeundum est. v. Passerat. ad Tibull. Paneg. Messalae. *Surrepsit* pro surrepserit i. e. subduxerit mihi.

334. *Meus illic homo est* etc. Haec loquitur Palaestrio submissa voce, vt spectatores tantum audiant. Discessit autem Sceledrus a Palaestrione aliquanto longius, vt Philocomasium ex aedibus Periplectomenis exeuntem excepturus. *Meus est*, proverbialiter quasi dicitur de eo, quem deprehendimus ad vindictam, qui nostrae est potestatis. Pseud. II, 2, 6. *Meus hic est homo, ni omnes di atque homines deferunt.* Cf. Pseud. IV, 7, 22. Eleganter de inescatis Curc. III, 61. *Meus hic est, hamum vorat.* Sic et Nos dicimus. *Er ist vnser*, de eo, quo pro voluntate vti possumus. *De pugnaculis.* De propugnaculis, *Verschanzung. Pugnaculum* est locus, vbi pugnatur. Allegoria a re militari.

Vin' iam faciam, vt stultividum te fatearis?

SCELEDRUS.

Age face!

PALAESTRIO.

Neque te quicquam sapere corde, neque oculis vti?

SCELEDRUS.

Volo.

PALAESTRIO.

Nempe tu istic ais esse herilem concubinam?

SCELEDRUS.

Atque arguo,

Eam me vidisse osculantem hic intus cum alieno viro.

---

335. *Stultividum.* Stulte videntem, stultum in videndo. Eodem modo Martianus Capella VI. princ. noctuam vocat *alitem noctividam.* Hic rursus Palaestrio cum Sceledro, aliquanto longius distante, loquitur.

336. *Neque te quicquam sapere corde* etc. Subintell. e superioribus: et visne faciam, vt fatearis. *Sapere corde* v. q. Epid. II, 2, 101. *sapere pleno pectore,* est animi mentem intelligere, *bei gutem Verstande seyn.*

338. *Hic intus.* In aedibus Periplectomenis.

Si hoc palam fuerit. Quid peius muliere atque audacius!
Dum ego in tegulis sum, illac haec se hospitio edit foras.
Edepol facinus fecit audax! Hoccine si Miles sciat?
Credo hercle has sustollat aedes totas atque hinc in crucem.
Hercle quicquid est, mussitabo potius, quam interean male.

---

308. *Illac haec se hospitio edit foras.* Haec proripuit se illâ ex aedibus Militis.

310. *Credo hercle has — crucem.* Credo hercle, Militem nos omnes servos statim sublaturum esse in crucem. Mos enim, quo in magnis sceleribus non modo animadverteretur in homines ipsos, qui deliquerant, sed eorum quoque sedes, huc non quadrare videtur. *Aedes* h. l. ipsi homines, familia, et aedes totae i. q. tota familia sc. Militis, omnes eius servi. Truc. II, 8. 7. *Quantillo mihi opere nunc persuaderi potest, Vt ego suffringam hisce talos totis aedibus.* *Atque* pro statim.

311. *Mussitabo.* Tacebo, linguam comprimam. *Mussitare* verbum frequentativum a mus-

Non ego possum, quae ipsa sese venditat, tutarier.

PALAESTRIO.

Sceledre, Sceledre!

SCELEDRUS.

Quis homo me interminat?

PALAESTRIO.

Est te alter audacior?
Qui magis diis inimicis natus, quam tu, atque iratis?

SCELEDRUS.

Quid est?

---

sare, quod est, vt docet Nonius, hominum occulta et depressa voce loquentium, quod celatum velint.

312. *Venditat.* Vendere et prostituere cupit.

313. *Me interminat.* Minaci voce me inclamat.

314. *Quis magis diis inimicis natus.* Quis te infelicior. *Diis est iratis natus* proverbiale de homine invenusto et misero, cui nihil bene succedit, quemque Petronius *malo, astro natum*, vel etiam *astrosum* appellat. Sic Persius IV, 27.

PALAESTRIO.

Juben' tibi oculos effodiri; quibus id, quod nusquam est, vides?

SCELEDRUS.

Quid, nusquam?

PALAESTRIO.

Non ego nunc emam vitam tuam vitiosa nuce.

Diis iratis, genioque sinistro. Horat. Sat. I, 5, 26. *Iratis pariter natus diis atque poëtis.* Juven. X, 129. *Adversis diis et fato sinistro genitus,* et alibi Plautus, Mostell. III, 1, 36. *Natus diis inimicis omnibus.* Haec enim opinio fuit, diis iratis nihil feliciter geri. Contraria sunt *diis secundis, Diis hominibusque plaudentibus.* Atque adeo felicem denotare volentes ac venustum, dicebant, *ipsi nascenti deos risisse, ipsum placido lumine vel numine vidisse aut adspexisse.* Dicebatur quoque Dii *bonum nascenti omen sternutasse.* v. Schoppi. Verisf. IV, 12.

316. *Vitiosa nuce.* *Um eine taube Nuss.* Quae h. l. vitiosa, alibi a Plauto, I, 3, 136. et Horat. Serm. II, 5, 36. dicitur *nux cassa.* Sensus: Vita tua haud longe abest ab interitu, vita tua in summum discrimen venit. Similia sunt ap. Aristoph. Pac. 414. Οὐκ ἂν πριαίμην οὐδ' ἂν ἰσχάδος

SCELEDRUS.

Quid negotii est?

PALAESTRIO.

Quid negotii sit, rogas?

SCELEDRUS.

Cur non rogem?

PALAESTRIO.

Nonne tibi istam praetruncari linguam largiloquam iubes?

SCELEDRUS.

Quamobrem iubeam?

PALAESTRIO.

Philocomasium eccam domi, quam in proxumo

Vidisse aiebas te osculantem atque amplexantem cum altero.

μιᾶς, *non emerim nec unica quidem nuce*, et ap. Plautum in Casina e Festo: *Non ego istud verbum empsitem titivillitio*. i. e. re nihili.

318. *Linguam largiloquam.* Πολυλόγου, quae nimis abunde loquitur.

SCELEDRUS.

Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico.

PALAESTRIO.

Quid iam?

SCELEDRUS.

Quia luscitiosus.

PALAESTRIO.

Vae verbero! Edepol, tu quidem

---

321. *Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico.* Q. d. Si triticum carum esset, non esset mirum, te lolio vitam tolerare; nunc vero cum tam vile sit triticum etc. Aenigmate proverbiali *lolio victitare* dicuntur lusciosi et caecutientes. Inest enim lolio peculiare quoddam malum, vt oculis caliginem inducat. Ovid. Fast. I, 691. *Et careant loliis oculos vitiantibus agri.*

322. *Quid iam?* Quamobrem? *Luscitiosus.* Sequentia ista *edepol tu quidem caecus non luscitiosus* satis ostendunt, per luscitiosum h. l. intelligi eum, qui male et parum videt; proprie vero *luscitio* est vitium oculorum, cum quis clarius vespertino tempore, quam meridie cernit. Ita certe explicat hanc vocem Festus. *Verbero.* Verberibus dignus. Convitium in servos.

Caecus, non luscitiosus; nam illam quidem eccam domi.

SCELEDRUS.

Quid, domi?

PALAESTRIO.

Domi hercle vero.

SCELEDRUS.

Abi; ludis me, Palaestrio.

PALAESTRIO.

Tum mihi sunt manus inquinatae.

SCELEDRUS.

Qui dum?

PALAESTRIO.

Quia ludo luto.

---

324. *Ludis me.* Vel deludis, derides me; vel ludis mecum, vt me sit ablativus, vt cum dicimus *ludere pila, disco* etc.

325. *Tum mihi sunt manus inquinatae.* Jocus ex ambiguo: Sceledrus enim ludis me sic accipit, vt me sit accus. casus, Palaestrio vero vt sit ablativus. *Qui dum? Wie so? Quia ludo*

SCELEDRUS.

Vae capiti tuo!

PALAESTRIO.

Tuo istuc, Sceledre, promitto fore.
Nisi oculos orationemque aliam commutas tibi.
Sed fores concrepuerunt nostrae.

SCELEDRUS.

At ego illas observo fores.

---

luto. Quia, cum ludo te i. e. tecum, perinde est, ac si luto ludam: tu enim homo lutulentus es. Veteres *lutum* pro *lutulentis hominibus* posuerunt, vt *coenum* pro *coenosis et turpissimis* vel vt est Cas. I, 1, 26. pro *sterquilinio effossis*.

326. *Tuo istuc.* Tuo capiti istuc Vae. Sensus: quae tu mihi mala promittis, tibi evenient. Iocus ex distinctione.

327. *Nisi oculos orationemque aliam commutas tibi.* *Aliam* non ad *orationemque* trahendum, sed ἐλλειπτικῶς sumendum, quasi sit *aliam in partem.* Sic infra 1278. *Oratio alia mihi demutanda est mea.*

328. *At ego illas* (Periplectomenis) *observo fores.* Vt Philocomasium sc. per eas exeuntem videam.

Nam nihil est, qua hinc huc transire ea possit, nisi recto ostio.

PALAESTRIO.

Quin domi eccam. Nescio, quae te, Sceledre, scelera suscitant.

SCELEDRUS.

Mihi ego video, mihi ego sapio; mihi ego credo plurimum:

Me homo nemo deterruerit, quin ea sit in his aedibus:

---

329. *Nam nihil est.* Subintell. viae, i. e. nam nulla est via, qua e domo vicini domum nostram Philocomasium transire possit, nisi per ostium rectum. *Recto ostio.* Rectum ostium opponitur postico, *die Vorderthür.* v. Stieglitz l. c. T. III. p. 169.

330. *Quae te, Sceledre, scelera suscitant.* *Was du für gottlose Streiche vorhast, was dich ansicht.* *Suscitare* i. q. impellere. Jocatur vero in verbis similem sonum habentibus.

331. *Mihi ego video.* Non aliis, quorum non curo applausum.

332. *Me homo nemo deterruerit, quin ea sit in his aedibus.* Nemo ita me deterrebit, vt non credam, Philocomasium esse in aedibus Periplectomenis.

Hic obsistam, ne imprudenti huc ea se surrepsit mihi.

PALAESTRIO.

Meus illic homo est: deturbabo iam ego illum de pugnaculis.

---

333. *Hic obsistam.* *Obsistere* est opponere sese tuentibus et occurrere; h. l. obstare exire volenti, stare in via, qua alicui transeundum est. v. Passerat. ad Tibull. Paneg. Messalae. *Surrepsit* pro surrepserit i. e. subduxerit mihi.

334. *Meus illic homo est* etc. Haec loquitur Palaestrio submissa voce, vt spectatores tantum audiant. Discessit autem Sceledrus a Palaestrione aliquanto longius, vt Philocomasium ex aedibus Periplectomenis exeuntem excepturus. *Meus est*, proverbialiter quasi dicitur de eo, quem deprehendimus ad vindictam, qui nostrae est potestatis. Pseud. II, 2, 6. *Meus hic est homo, ni omnes di atque homines deferunt.* Cf. Pseud. IV, 7, 22. Eleganter de inescatis Curc. III, 61. *Meus hic est, hamum vorat.* Sic et Nos dicimus. *Er ist unser*, de eo, quo pro voluntate vti possumus. *De pugnaculis.* De propugnaculis, *Verschanzung. Pugnaculum* est locus, vbi pugnatur. Allegoria a re militari.

Vin' iam faciam, vt stultividum te fatearis?

SCELEDRUS.

Age face!

PALAESTRIO.

Neque te quicquam sapere corde, neque oculis vti?

SCELEDRUS.

Volo.

PALAESTRIO.

Nempe tu istic ais esse herilem concubinam?

SCELEDRUS.

Atque arguo,

Eam me vidisse osculanten hic intus cum alieno viro.

---

335. *Stultividum.* Stulte videntem, stultum in videndo. Eodem modo Martianus Capella VI. princ. noctuam vocat *alitem noctividam.* Hic rursus Palaestrio cum Sceledro, aliquanto longius distante, loquitur.

336. *Neque te quicquam sapere corde* etc. Subintell. e superioribus: et visne faciam, vt fatearis. *Sapere corde* v. q. Epid. II, 2, 101. *sapere pleno pectore,* est animi mentem intelligere, *bei gutem Verstande seyn.*

338. *Hic intus.* In aedibus Periplectomenis.

Hic obsistam, ne imprudenti huc ea se surrepsit
mihi.

PALAESTRIO.

Meus illic homo est: deturbabo iam ego illum
de pugnaculis.

---

333. *Hic obsistam.* *Obsistere* est opponere sese tuentibus et occurrere; h. l. obstare exire volenti, stare in via, qua alicui transeundum est. v. Passerat. ad Tibull. Paneg. Messalae. *Surrepsit* pro surrepserit i. e. subduxerit mihi.

334. *Meus illic homo est* etc. Haec loquitur Palaestrio submissa voce, vt spectatores tantum audiant. Discessit autem Sceledrus a Palaestrione aliquanto longius, vt Philocomasium ex aedibus Periplectomenis exeuntem excepturus. *Meus est*, proverbialiter quasi dicitur de eo, quem deprehendimus ad vindictam, qui nostrae est potestatis. Pseud. II, 2, 6. *Meus hic est homo, ni omne[illegible] di atque homines deferunt.* Cf. Pseud. IV[illegible] Eleganter de inescatis Curc. III, 61. *Me*[illegible] *hamum vorat.* Sic et Nos dicimus. *F*[illegible] de eo, quo pro voluntate vti possum[illegible] *gnaculis.* De propugnaculis, *V*[illegible] *gnaculum* est locus, vbi pugnat[illegible] militari.

Vin' iam faciam, vt stultiuidum te fatearis? 336.

SCELEDRUS.

Age face!

PALAESTRIO.

Neque te quicquam sapere corde, neque oculis vti?

SCELEDRUS.

Volo.

PALAESTRIO.

Neque tu istic ais esse herilem concubinam?

SCELEDRUS.

Atque arguo,

Eam me vidisse osculantem hic intus cum alieno viro.

---

335. *Stultiuidum.* Simile videntem, stul- [illegible] Eodem modo [illegible] Capella [illegible]

PALAESTRIO.

Scin' tu nullum commeatum hinc esse a nobis?

SCELEDRUS.

Scio.

PALAESTRIO.

Neque solarium, neque hortum, nisi per impluvium?

SCELEDRUS.

Scio.

PALAESTRIO.

Quid nunc, si ea domi est, si faciam, vt eam exire hinc videas domo,

---

340. *Solarium*, (*Söller*), locus in supremis aedibus sine tecto ad accipiendam auram et vaporem solis comparatus, vbi apricari solebant. Apud Romanos certae aedium partes talibus solariis fuisse instructas vel ex hoc loco intelligi potest, coll. Sueton. Claud. 10. vid. J. A. Ernesti Prolus. de Horologio. Lips. 1744. Hinc lucem accipit Augusti iocus, quem Macrobius Saturnal. II, 4. refert his verbis: Augustus. *Cum de Tyriae, quam emi iusserat, obscuritate quereretur; dicente venditore, erige altius et suspice, his vsus est salibus: Quid? ergo, vt me populus Rom. dicat bene cultum, in solario ambulaturus sum?*

Dignus es verberibus multis?

SCELEDRUS.

Dignus.

PALAESTRIO.

Serva istas fores;
Ne tibi clam se subterducat istinc, atque huc transeat.

SCELEDRUS.

Consilium est, ita facere.

PALAESTRIO.

Pedes ego iam illam huc tibi sistam in viam.

SCELEDRUS.

Agedum ergo face: volo scire, vtrum ego id quod vidi, viderim:

---

242. *Dignus es verberibus multis?* Vt Nos: *Bist du nicht Schläge werth?* pro *Hast du nicht Schläge verdient?* Aliter Graeci vtuntur phrasi δίκαιος εἶ pro *jus habes.* e. g. Aristoph. Nub. 1283. Eurip. Suppl. 188. etc.

344. *Pedes ego illam tibi sistam.* Ad pedes, vel ante pedes ego tibi illam sistam, coram te collocabo.

An illic faciat, quod facturum dicit, vt ea sit domi.
Namque ego quidem meos oculos habeo, nec rogo vtendos foris.
Sed hic illi supparasitatur semper, hic ei proxumus est,
Primus ad cibum vocatur, primo pulmentum datur;
Nam illic noster est fortasse circiter triennium.
Neque cuiquam, quam illi, in nostra melius famulo familia.
Sed ego hoc quod ago, id me agere oportet, hoc obseruare ostium.

---

347. *Namque ego quidem* etc. Vid. supra 191. et Asin. II, 2, 53. *Nec rogo vtendos foris.* Nec commodato ab aliis sumo.

348. *Illi.* Domino suo. *Supparasitatur.* Personam agit parasiti, i. q. parasitatur.

349. *Pulmentum.* In genere omne id quod ad pultem edebatur; h. l. vero proprius seruorum cibus ad modum pultis factus.

350. *Nam illic noster est fortasse circiter triennium.* Et vix ille Palaestrio conseruus noster est, fortasse circiter abhinc triennium.

Hic obfiftam hac quidem. Pol certo verba mihi numquam dabunt.

SCENA IV.

PALAESTRIO. PHILOCOMASIUM. SCELEDRUS.

Philocomaſium, ſuam nunc ipſius perſonam agens, de dolis, quibus circumvenire Sceledrum volunt, vt credat, ſe eam non vidiſſe osculantem, cum Pleuſide, bene edocta, exit e domo Militis, graviterque invehitur in Sceledrum, quod ipſam falſo tam magni probri inſimulaverit, eumque minis angit, vt ſibi perſuadeat de contrario. Quibus minis, quae modice tantum angunt monitorem, ſuperaddit narrationem ſomnii de gemina germana ſorore, et irae plena abit in domum Militis. Sceledrus nunc labare incipit de eo, quod vidit: nam e domo Militis exierat Philocomaſium, quam vix comprehenderat in Periplectomenis aedibus; ſenſimque adducitur ad id, vt credat, ſe Philocomaſium non vidiſſe osculantem.

PALAESTRIO.

Praecepta facito vt memineris.

---

353. *Hic obſiſtam.* Hac parte contra adverſarios meos qui verba mihi dare volunt, ſtabo.

PALAESTRIO.

Juben' tibi oculos effodiri; quibus id, quod nusquam est, vides?

SCELEDRUS.

Quid, nusquam?

PALAESTRIO.

Non ego nunc emam vitam tuam vitiosa nuce.

Diis iratis, genioque sinistro. Horat. Sat. I, 5, 26. *Iratis pariter natus diis atque poëtis.* Juven. X, 129. *Adversis diis et fato sinistro genitus;* et alibi Plautus, Mostell. III, 1, 36. *Natus diis inimicis omnibus.* Haec enim opinio fuit, diis iratis nihil feliciter geri. Contraria sunt *diis secundis, Diis hominibusque plaudentibus.* Atque adeo felicem denotare volentes ac venustum, dicebant, *ipsi nascenti deos risisse, ipsum placido lumine vel numine vidisse aut adspexisse.* Dicebatur quoque Dii *bonum nascenti omen sternutasse.* v. Schoppi. Veris. IV, 12.

316. *Vitiosa nuce. Um eine taube Nuss.* Quae h. l. vitiosa, alibi a Plauto, I, 3, 136. et Horat. Serm. II, 5, 36. dicitur *nux cassa.* Sensus: Vita tua haud longe abest ab interitu, vita tua in summum discrimen venit. Similia sunt ap. Aristoph. Pac. 414. Οὐκ ἂν πριαίμην οὐδ' ἂν ἰσχάδος

SCELEDRUS.

Quid negotii est?

PALAESTRIO.

Quid negotii sit, rogas?

SCELEDRUS.

Cur non rogem?

PALAESTRIO.

Nonne tibi istam praetruncari linguam largilo-
quam jubes?

SCELEDRUS.

Quamobrem jubeam?

PALAESTRIO.

Philocomasium eccam domi, quam
in proxumo
Vidisse aiebas te osculantem atque amplexan-
tem cum altero.

μιᾶς, non emerim nec unica quidem nuce, et ap. Plautum in Casina e Festo: *Non ego istud verbum empsitem titivillitio.* i. e. re nihili.

318. *Linguam largiloquam.* Πολυλόγον, quae nimis abunde loquitur.

SCELEDRUS.

Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico.

PALAESTRIO.

Quid iam?

SCELEDRUS.

Quia luscitiosus.

PALAESTRIO.

Vae verbero! Edepol, tu quidem

---

321. *Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico.* Q. d. Si triticum carum esset, non esset mirum, te lolio vitam tolerare; nunc vero cum tam vile sit triticum etc. Aenigmate proverbiali *lolio victitare* dicuntur lusciosi et caecutientes. Inest enim lolio peculiare quoddam malum, vt oculis caliginem inducat. Ovid. Fast. I, 691. *Et careant loliis oculos vitiantibus agri.*

322. *Quid iam?* Quamobrem? *Luscitiosus.* Sequentia ista *edepol tu quidem caecus non luscitiosus* satis ostendunt, per luscitiosum h. l. intelligi eum, qui male et parum videt; proprie vero *luscitio* est vitium oculorum, cum quis clarius vespertino tempore, quam meridie cernit. Ita certe explicat hanc vocem Festus. *Verbero.* Verberibus dignus. Convitium in servos.

Caecus, non luſcitioſus; nam illam quidem eccam domi.

SCELEDRUS.

Quid, domi?

PALAESTRIO.

Domi hercle vero.

SCELEDRUS.

Abi; ludis me, Palaeſtrio.

PALAESTRIO.

Tum mihi ſunt manus inquinatae.

SCELEDRUS.

Qui dum?

PALAESTRIO.

Quia ludo luto.

---

324. *Ludis me.* Vel deludis, derides me, vel ludis mecum, vt me ſit ablativus, vt cum dicimus *ludere pila, disco* etc.

325. *Tum mihi ſunt manus inquinatae.* Jocus ex ambiguo: Sceledrus enim ludis me ſic accipit, vt me ſit accuſ. caſus, Palaeſtrio vero vt ſit ablativus. *Qui dum? Wie ſo? Quia ludo*

SCELEDRUS.

Vae capiti tuo!

PALAESTRIO.

Tuo istuc, Sceledre, promitto fore,
Nisi oculos orationemque aliam commutas tibi.
Sed fores concrepuerunt nostrae.

SCELEDRUS.

At ego illas observo fores.

---

luto. Quia, cum ludo te i. e. tecum, perinde est, ac si luto ludam: tu enim homo lutulentus es. Veteres *lutum* pro *lutulentis hominibus* posuerunt, vt *coenum* pro *coenosis et turpissimis* vel vt est Cas. I, 1, 26. pro *sterquilinio effossis*.

326. *Tuo istuc.* Tuo capiti istuc Vae. Sensus: quae tu mihi mala promittis, tibi evenient. Jocus ex distinctione.

327. *Nisi oculos orationemque aliam commutas tibi.* *Aliam* non ad *orationemque* trahendum, sed ἐλλειπτικῶς sumendum, quasi sit *aliam in partem.* Sic infra 1278. *Oratio alia mihi demutanda est mea.*

328. *At ego illas* (Periplectomenis) *observo fores.* Vt Philocomasium sc. per eas exeuntem videam.

Nam nihil est, qua hinc huc transire ea possit, nisi recto ostio.

PALAESTRIO.

Quin domi eccam. Nescio, quae te, Sceledre, scelera suscitant.

SCELEDRUS.

Mihi ego video, mihi ego sapio; mihi ego credo plurimum:

Me homo nemo deterruerit, quin ea sit in his aedibus:

---

329. *Nam nihil est.* Subintell. viae, i. e. nam nulla est via, qua e domo vicini domum nostram Philocomasium transire possit, nisi per ostium rectum. *Recto ostio.* Rectum ostium opponitur postico, *die Vorderthür.* v. Stieglitz l. c. T. III. p. 169.

330. *Quae te, Sceledre, scelera suscitant.* *Was du für gottlose Streiche vorhast, was dich ansicht.* *Suscitare* i. q. impellere. Jocatur vero in verbis similem sonum habentibus.

331. *Mihi ego video.* Non aliis, quorum non curo applausum.

332. *Me homo nemo deterruerit, quin ea sit in his aedibus.* Nemo ita me deterrebit, ut non credam, Philocomasium esse in aedibus Periplectomenis.

Hic obsistam, ne imprudenti huc ea se surrepsit mihi.

PALAESTRIO.

Meus illic homo est: deturbabo iam ego illum de pugnaculis.

---

333. *Hic obsistam.* *Obsistere* est opponere sese ituentibus et occurrere; h. l. obstare exire volenti, stare in via, qua alicui transeundum est. v. Passerat. ad Tibull. Paneg. Messalae. *Surrepsit* pro surrepserit i. e. subduxerit mihi.

334. *Meus illic homo est* etc. Haec loquitur Palaestrio submissa voce, vt spectatores tantum audiant. Discessit autem Sceledrus a Palaestrione aliquanto longius, vt Philocomasium ex aedibus Periplectomenis exeuntem excepturus. *Meus est*, proverbialiter quasi dicitur de eo, quem deprehendimus ad vindictam, qui nostrae est potestatis. Pseud. II, 2, 6. *Meus hic est homo, ni omnes di atque homines deserunt.* Cf. Pseud. IV, 7, 22. Eleganter de inescatis Curc. III, 61. *Meus hic est, hamum vorat.* Sic et Nos dicimus. *Er ist vnser*, de eo, quo pro voluntate vti possumus. *De pugnaculis.* De propugnaculis, *Verschanzung.* *Pugnaculum* est locus, vbi pugnatur. Allegoria a re militari.

Vin' iam faciam, vt ſtultividum te fatearis?

SCELEDRUS.

Age face!

PALAESTRIO.

Neque te quicquam ſapere corde, neque oculis vti?

SCELEDRUS.

Volo.

PALAESTRIO.

Nempe tu iſtic ais eſſe herilem concubinam?

SCELEDRUS.

Atque arguo,
Eam me vidiſſe oſculantem hic intus cum alieno viro.

---

335. *Stultividum.* Stulte videntem, ſtultum in videndo. Eodem modo Martianus Capella VI. princ. noctuam vocat *alitem noctividam.* Hic rurſus Palaeſtrio cum Sceledro, aliquanto longius diſtante, loquitur.

336. *Neque te quicquam ſapere corde* etc. Subintell. e ſuperioribus: et viſne faciam, vt fatearis. *Sapere corde* v. q. Epid. II, 2, 101. *ſapere pleno pectore,* eſt animi mentem intelligere, *bei gutem Verſtande ſeyn.*

338. *Hic intus.* In aedibus Periplectomenis.

PALAESTRIO.

Scin' tu nullum commeatum hinc esse a nobis?

SCELEDRUS.

Scio.

PALAESTRIO.

Neque solarium, neque hortum, nisi per impluvium?

SCELEDRUS.

Scio.

PALAESTRIO.

Quid nunc, si ea domi est, si faciam, vt eam exire hinc videas domo,

---

340. *Solarium*, (*Söller*), locus in supremis aedibus sine tecto ad accipiendam auram et vaporem solis comparatus, vbi apricari solebant. Apud Romanos certae aedium partes talibus solariis fuisse instructas vel ex hoc loco intelligi potest, coll. Sueton. Claud. 10. vid. J. A. Ernesti Prolus. de Horologio. Lips. 1744. Hinc lucem accipit Augusti iocus, quem Macrobius Saturnal. II, 4. refert his verbis: Augustus. *Cum de Tyriae, quam emi iusserat, obscuritate quereretur; dicente venditore, erige altius et suspice, his vsus est salibus: Quid? ergo, vt me populus Rom. dicat bene cultum, in solario ambulaturus sim?*

Dignus es verberibus multis?

SCELEDRUS.

Dignus.

PALAESTRIO.

Serva istas fores;
Ne tibi clam se subterducat istinc, atque huc transeat.

SCELEDRUS.

Consilium est, ita facere.

PALAESTRIO.

Pedes ego iam illam huc tibi sistam in viam.

SCELEDRUS.

Agedum ergo face: volo scire, vtrum ego id quod vidi, viderim:

---

242. *Dignus es verberibus multis?* Vt Nos: *Bist du nicht Schläge werth?* pro *Hast du nicht Schläge verdient?* Aliter Graeci vtuntur phrasi δίκαιος εἶ pro *jus habes.* e. g. Aristoph. Nub. 1283. Eurip. Suppl. 188. etc.

344. *Pedes ego illam tibi sistam.* Ad pedes, vel ante pedes ego tibi illam sistam, coram te collocabo.

An illic faciat, quod facturum dicit, vt ea sit domi.
Namque ego quidem meos oculos habeo, nec rogo vtendos foris.
Sed hic illi supparasitatur semper, hic ei proxumus est,
Primus ad cibum vocatur, primo pulmentum datur;
Nam illic noster est fortasse circiter triennium.
Neque cuiquam, quam illi, in nostra melius famulo familia.
Sed ego hoc quod ago, id me agere oportet, hoc obseruare ostium.

---

347. *Namque ego quidem* etc. Vid. supra 191. et Asin. II, 2, 53. *Nec rogo vtendos foris*. Nec commodato ab aliis sumo.

348. *Illi.* Domino suo. *Supparasitatur.* Personam agit parasiti, i. q. parasitatur.

349. *Pulmentum.* In genere omne id quod ad pultem edebatur; h. l. vero proprius seruorum cibus ad modum pultis factus.

350. *Nam illic noster est fortasse circiter triennium.* Et vix ille Palaestrio conseruus noster est, fortasse circiter abhinc triennium.

Hic obsistam hac quidem. Pol certo verba mihi
numquam dabunt.

SCENA IV.

PALAESTRIO. PHILOCOMASIUM.
SCELEDRUS.

Philocomasium, suam nunc ipsius personam agens, de dolis, quibus circumvenire Sceledrum volunt, vt credat, se eam non vidisse osculantem, cum Pleuside, bene edocta, exit e domo Militis, graviterque invehitur in Sceledrum, quod ipsam falso tam magni probri insimulaverit, eumque minis angit, vt sibi persuadeat de contrario. Quibus minis, quae modice tantum angunt monitorem, superaddit narrationem somnii de gemina germana sorore, et irae plena abit in domum Militis. Sceledrus nunc labare incipit de eo, quod vidit: nam e domo Militis exierat Philocomasium, quam vix comprehenderat in Periplectomenis aedibus; sensimque adducitur ad id, vt credat, se Philocomasium non vidisse osculantem.

PALAESTRIO.

Praecepta facito vt memineris.

---

353. *Hic obsistam.* Hac parte contra adversarios meos qui verba mihi dare volunt, stabo.

SCELEDRUS.

Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico.

PALAESTRIO.

Quid iam?

SCELEDRUS.

Quia luscitiosus.

PALAESTRIO.

Vae verbero! Edepol, tu quidem

---

321. *Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico.* Q. d. Si triticum carum esset, non esset mirum, te lolio vitam tolerare; nunc vero cum tam vile sit triticum etc. Aenigmate proverbiali *lolio victitare* dicuntur lusciosi et caecutientes. Inest enim lolio peculiare quoddam malum, vt oculis caliginem inducat. Ovid. Fast. I, 691. *Et careant loliis oculos vitiantibus agri.*

322. *Quid iam?* Quamobrem? *Luscitiosus.* Sequentia ista *edepol tu quidem caecus non luscitiosus* satis ostendunt, per luscitiosum h. l. intelligi eum, qui male et parum videt; proprie vero *luscitio* est vitium oculorum, cum quis clarius vespertino tempore, quam meridie cernit. Ita certe explicat hanc vocem Festus. *Verbero.* Verberibus dignus. Convitium in servos.

Caecus, non luscitiosus; nam illam quidem eccam domi.

SCELEDRUS.

Quid, domi?

PALAESTRIO.

Domi hercle vero.

SCELEDRUS.

Abi; ludis me, Palaestrio.

PALAESTRIO.

Tum mihi sunt manus inquinatae.

SCELEDRUS.

Qui dum?

PALAESTRIO.

Quia ludo luto.

---

324. *Ludis me.* Vel deludis, derides me, vel ludis mecum, vt me sit ablativus, vt cum dicimus *ludere pila, disco* etc.

325. *Tum mihi sunt manus inquinatae.* Iocus ex ambiguo: Sceledrus enim ludis me sic accipit, vt me sit accus. casus, Palaestrio vero vt sit ablativus. *Qui dum? Wie so? Quia ludo*

SCELEDRUS.

Vae capiti tuo!

PALAESTRIO.

Tuo istuc, Sceledre, promitto fore,
Nisi oculos orationemque aliam commutas tibi.
Sed fores concrepuerunt nostrae.

SCELEDRUS.

At ego illas observo fores.

---

luto. Quia, cum ludo te i. e. tecum, perinde est, ac si luto ludam: tu enim homo lutulentus es. Veteres *lutum* pro *lutulentis hominibus* posuerunt, vt *coenum* pro *coenosis et turpissimis* vel vt est Cas. I, 1, 26. pro *sterquilinio effossis*.

326. *Tuo istuc.* Tuo capiti istuc Vae. Sensus: quae tu mihi mala promittis, tibi evenient. Jocus ex distinctione.

327. *Nisi oculos orationemque aliam commutas tibi.* *Aliam* non ad *orationemque* trahendum, sed ἐλλειπτικῶς sumendum, quasi sit *aliam in partem.* Sic infra 1278. *Oratio alia mihi demutanda est mea.*

328. *At ego illas* (Periplectomenis) *observo fores.* Vt Philocomasium se per eas exeuntem videam.

Nam nihil est, qua hinc huc transire ea possit, nisi recto ostio.

PALAESTRIO.

Quin domi eccam. Nescio, quae te, Scelедre, scelera suscitant.

SCELEDRUS.

Mihi ego video, mihi ego sapio; mihi ego credo plurimum:
Me homo nemo deterruerit, quin ea sit in his aedibus:

---

329. *Nam nihil est.* Subintell. viae, i. e. nam nulla est via, qua e domo vicini domum nostram Philocomasium transire possit, nisi per ostium rectum. *Recto ostio.* Rectum ostium opponitur postico, *die Vorderthür.* v. Stieglitz l. c. T. III. p. 169.

330. *Quae te, Scelедre, scelera suscitant.* *Was du für gottlose Streiche vorhast, was dich ansicht.* Suscitare i. q. impellere. Jocatur vero in verbis similem sonum habentibus.

331. *Mihi ego video.* Non aliis, quorum non curo applausum.

332. *Me homo nemo deterruerit, quin ea sit in his aedibus.* Nemo ita me deterrebit, ut non credam, Philocomasium esse in aedibus Periplectomenis.

Hic obsistam, ne imprudenti hac ea se surrepsit
mihi.

PALAESTRIO.

Meus illic homo est: deturbabo iam ego illum
de pugnaculis.

---

333. *Hic obsistam.* *Obsistere* est opponere sese tuentibus et occurrere; h. l. obstare exire volenti, stare in via, qua alicui transeundum est. v. Passerat. ad Tibull. Paneg. Messalae. *Surrepsit* pro surrepserit i. e. subduxerit mihi.

334. *Meus illic homo est* etc. Haec loquitur Palaestrio submissa voce, vt spectatores tantum audiant. Discessit autem Sceledrus a Palaestrione aliquanto longius, vt Philocomasium ex aedibus Periplectomenis exeuntem excepturus. *Meus est*, proverbialiter quasi dicitur de eo, quem deprehendimus ad vindictam, qui nostrae est potestatis. Pseud. II, 2, 6. *Meus hic est homo, ni omnes di atque homines deserunt.* Cf. Pseud. IV, 7, 22. Eleganter de inescatis Curc. III, 61. *Meus hic est, hamum vorat.* Sic et Nos dicimus. *Er ist unser*, de eo, quo pro voluntate vti possumus. *De pugnaculis.* De propugnaculis, *Verschanzung*. *Pugnaculum* est locus, vbi pugnatur. Allegoria a re militari.

Vin' iam faciam, vt ſtultividum te fatearis?

SCELEDRUS.

Age face!

PALAESTRIO.

Neque te quicquam ſapere corde, neque oculis vti?

SCELEDRUS.

Volo.

PALAESTRIO.

Nempe tu iſtic ais eſſe herilem concubinam?

SCELEDRUS.

Atque arguo,
Eam me vidiſſe osculantem hic intus cum alieno viro.

---

335. *Stultividum.* Stulte videntem, ſtultum in videndo. Eodem modo Martianus Capella VI. princ. noctuam vocat *alitem noctividam.* Hic rurſus Palaeſtrio cum Sceledro, aliquanto longius diſtante, loquitur.

336. *Neque te quicquam ſapere corde* etc. Subintell. e ſuperioribus: et visne faciam, vt fatearis. *Sapere corde* v. q. Epid. II, 2, 101. *ſapere pleno pectore*, eſt animi mentem intelligere, *bei gutem Verſtande ſeyn.*

338. *Hic intus.* In aedibus Periplectomenis.

PALAESTRIO.

Scin' tu nullum commeatum hinc esse a nobis?

SCELEDRUS.

Scio.

PALAESTRIO.

Neque solarium, neque hortum, nisi per impluvium?

SCELEDRUS.

Scio.

PALAESTRIO.

Quid nunc, si ea domi est, si faciam, vt eam exire hinc videas domo,

---

340. *Solarium*, (*Söller*), locus in supremis aedibus sine tecto ad accipiendam auram et vaporem solis comparatus, vbi apricari solebant. Apud Romanos certae aedium partes talibus solariis fuisse instructas vel ex hoc loco intelligi potest, coll. Sueton. Claud. 10. vid. J. A. Ernesti Prolus. de Horologio. Lips. 1744. Hinc lucem accipit Augusti iocus, quem Macrobius Saturnal. II, 4. refert his verbis: Augustus. *Cum de Tyriae, quam emi iusserat, obscuritate quereretur; dicente venditore, erige altius et suspice, his vsus est salibus: Quid? ergo, vt me populus Rom. dicat bene cultum, in solario ambulaturus sim?*

Dignus es verberibus multis?

SCELEDRUS.

Dignus.

PALAESTRIO.

Serva istas fores;
Ne tibi clam se subterducat istinc, atque huc transeat.

SCELEDRUS.

Consilium est, ita facere.

PALAESTRIO.

Pedes ego iam illam huc tibi sistam in viam.

SCELEDRUS.

Agedum ergo face: volo scire, vtrum ego id quod vidi, viderim:

---

242. *Dignus es verberibus multis?* Vt Nos: *Bist du nicht Schläge werth?* pro *Hast du nicht Schläge verdient?* Aliter Graeci vtuntur phrasi δίκαιος εἰ pro *jus habes.* e. g. Aristoph. Nub. 1283. Eurip. Suppl. 188. etc.

344. *Pedes ego illam tibi sistam.* Ad pedes, vel ante pedes ego tibi illam sistam, coram te collocabo.

An illic faciat, quod facturum dicit, vt ea sit domi.
Namque ego quidem meos oculos habeo, nec rogo vtendos foris.
Sed hic illi supparasitatur semper, hic ei proxumus est,
Primus ad cibum vocatur, primo pulmentum datur;
Nam illic noster est fortasse circiter triennium.
Neque cuiquam, quam illi, in nostra melius famulo familia.
Sed ego hoc quod ago, id me agere oportet, hoc observare ostium.

---

347. *Namque ego quidem* etc. Vid. supra 191. et Asin. II, 2, 53. *Nec rogo vtendos foris.* Nec commodato ab aliis sumo.

348. *Illi.* Domino suo. *Supparasitatur.* Personam agit parasiti, i. q. parasitatur.

349. *Pulmentum.* In genere omne id quod ad pultem edebatur; h. l. vero proprius servorum cibus ad modum pultis factus.

350. *Nam illic noster est fortasse circiter triennium.* Et vix ille Palaestrio conservus noster est, fortasse circiter abhinc triennium.

Hic obsistam hac quidem. Pol certo verba mihi numquam dabunt.

SCENA IV.

PALAESTRIO. PHILOCOMASIUM. SCELEDRUS.

Philocomasium, suam nunc ipsius personam agens, de dolis, quibus circumvenire Sceledrum volunt, vt credat, se eam non vidisse osculantem, cum Pleuside, bene edocta, exit e domo Militis, graviterque invehitur in Sceledrum, quod ipsam falso tam magni probri insimulaverit, eumque minis angit, vt sibi persuadeat de contrario. Quibus minis, quae modice tantum angunt monitorem, superaddit narrationem somnii de gemina germana sorore, et irae plena abit in domum Militis. Sceledrus nunc labare incipit de eo, quod vidit: nam e domo Militis exierat Philocomasium, quam vix comprehenderat in Periplectomenis aedibus; sensimque adducitur ad id, vt credat, se Philocomasium non vidisse osculantem.

PALAESTRIO.

Praecepta facito vt memineris.

---

353. *Hic obsistam.* Hac parte contra adversarios meos qui verba mihi dare volunt, stabo.

PHILOCOMASIUM.

Toties monere mirum est.

PALAESTRIO.

At metuo, vt satis sis subdola.

PHILOCOMASIUM.

Cedo vel doctas, docebo:
Memini malas, vt sint malae: mihi sola ego superfum.

---

354 — 357. Haec inter Palaestrionem et Philocomasium, procul a Sceledro stantes, aguntur. *Toties monere mirum est.* Secundum illud Pseud. IV, 1, 30. *Memorem immemorem facit, qui monet, quod memor meminit. Monere* enim est iubere memorem esse.

355. *At metuo, vt satis sis subdola.* At metuo, ne non satis astuta sis ac dolosa. *Cedo vel doctas, docebo.* Da mihi etiam doctas, ego eas docebo; (*auch die Ausgelerntesten können noch von mir lernen,*) tantum abest, vt docenda sim, vt vel doctas docere possim.

356. *Mihi sola ego superfum.* Superior sum, i. e. omnes mulieres a me malitiarum magistra superantur: *es übertrifft mich keine.* Cf. Terent. Hec. II, 1, 6. et Noster Pers. II, 1, 1. et II, 2, 1 sq.

PALAESTRIO.

Age iam nunc insiste in dolos: ego abs te procul recedam. —

Quid astas, Sceledre?

SCELEDRUS.

Hanc rem gero: habeo auris, loquere quidvis.

PALAESTRIO.

Credo ego istoc exemplo tibi esse eundum actutum extra portam

---

357. *Insiste in dolos.* Incumbe in dolos, vel haere in dolis.

358. *Hanc rem gero.* Δεικτικῶς, pro adsto.

359. *Credo ego istoc exemplo* etc. Cum Sceledrus in ostio staret, mulierculam redituram exspectans, ne qua elaberetur, ad eum Palaestrio, bene est, inquit, forma et status in te, qui mox erit, cum herus allegatum te patibulo per vrbem ducet. Atqui stetisse eum opinor manibus ante se projectis et leviter diductis, habitu quo solent captantes et apprehensuri. *Extra portam.* Metiam sc., quae eadem cum Esquilina. Supplicia pleraque apud Romanos sumi solita extra portam, et carnifex etiam domum habuit extra vrbem. Casaub. ad Theophr. p. 275. Fuit Athenis vt et in

Dispessis manibus patibulum cum habebis.

SCELEDRUS.

Quamnam ob rem?

PALAESTRIO.

Respice dum ad laevam! Quis illaec est mulier?

SCELEDRUS.

Pro dii immortales!

Heri concubina est haec quidem.

PALAESTRIO.

Mihi quoque pol ita videtur;

Age nunc iam quod lubet.

SCELEDRUS.

Quid agam?

---

aliis vrbibus, janua vna, quam χαρώνειαν θύραν vocabant, qua ad supplicium educebantur capitis damnati. Hinc h. l. proverbium: *Extra portam ire.* Senec. Controv. Lib. I. *Extra portam istam virginem. Respondet istis Graecorum* ἐς μακαρίαν et ἐς κόρακας.

360. *Dispessis manibus.* Distentis et dispansis manibus. Nam *passus, a, um* et *dispessus* vel *dispassus, a, um* dicebant Vett. pro *pansus* et *dispansus.*

PALAESTRIO.

Peri perpropere.

PHILOCOMASIUM.

Vbi iste bonus servos, qui propudii me maxumi innocentem
Falso insimulavit?

PALAESTRIO.

Hem tibi! Hic mihi id dixit.

SCELEDRUS.

Tibi.

PHILOCOMASIUM.

Quid dixti

---

364. *Bonus servus.* Εἰρωνικῶς, et cum admiratione, vt Bacch. IV, 6, 6. Saepe vocibus *egregius*, *pulcher* etc., ita vtuntur autores latini. v. Barth. ad Stat. Theb. II, 460. et III, 269. *Propudii*, Probri, impudicitiae, dedecoris, adulterii. Festus: *Quidam propudium putant dici, a quo pudor et pudicitia procul absit.* Ad quem locum Festi Scaliger negat, dubium esse, quae Graecis καθάρματα, a Latinis propudia dicta; et inde demum putat sceleratos, vt καθάρματα, sic propudia esse appellatos. e. g. Curc. I, 3, 34. *Quid ais propudium.*

365. *Insimulavit.* *Insimulare* est crimen in aliquem confingere.

Tuten' te vidisse in proxumo hic, scelеste, me osculantem?

PALAESTRIO.

Atque cum alienó adolescentulo, dixit.

SCELEDRUS.

Dixi hercle vero.

PHILOCOMASIUM.

Tun' me vidisti?

SCELEDRUS.

Atque his quidem oculis.

PHILOCOMASIUM.

Carebis, credo,
Qui plus vident, quam quod vident.

SCELEDRUS.

Numquam hercle deterrebor,

---

368. *Carebis, credo, qui plus vident, quam quod vident.* Carebis, credo, iis oculis, i. e. effodientur tibi oculi, qui sibi cernere videntur, quod non vident.

Quin viderim, id quod viderim.

PHILOCOMASIUM.

Ego ſtulta moror multum,
Quae cum hoc inſano fabulem: quem pol ego capitis perdam.

SCELEDRUS.

Noli minitari: ſcio crucem futuram mihi ſepulchrum;
Ibi mei maiores ſunt ſiti; pater, avos, proavos, abavos.

---

370. *Moror multum.* Admodum ſtulta ſum. *Moror*, prima producta, efferebant cavillantes pro μωραίνεσθαι. Sic Nero, teſte Suetonio Cap. 33. *Claudium dicebat deſiiſſe, inter vivos morari.*

371. *Fabulem.* Fabuler, loquar. *Capitis perdam.* Interimam, vita privabo. Aſin. I, 2, 6. *Capitis te perdam ego, et filiam.* Bacch. III, 3, 86.

372. *Scio crucem futuram mihi ſepulchrum.* Vid. Lipſius de Cruce I, 12.

373. *Sunt ſiti.* Compoſiti, i. e. ſepulti. Antiqui enim ſimplicibus libentius vtebantur, quam compoſitis. Sic *ſtatus dies* pro *conſtitutus dies* apud Feſtum, et vſ. ſq. *fodiri* pro *effodiri*, vel *effodi*.

Non possunt mihi minaciis tuis hisce oculi fodiri. —
Sed paucis verbis te volo, Palaestrio! Obsecro, vnde
Exit haec huc?

PALAESTRIO.

Vnde, nisi domo?

SCELEDRUS.

Domo?

PALAESTRIO.

Me vidente.

SCELEDRUS.

Video.
Nimis mirum est facinus, quomodo haec hinc potuerit transire!
Nam certo neque solarium est apud nos, neque hortus vllus,

---

374. *Non possunt mihi minaciis tuis hisce oculi fodiri.* Nullo modo potes minis tuis efficere, vt non viderim, quod re vera vidi, et vt oculis caream.

376. *Vnde, nisi domo? Woher sonst, als aus dem Hause?*

Neque feneſtra, niſi clatrata; nam certo ego te hic intus vidi.

PALAESTRIO.

Pergin', ſceleſte, intendere, atque hanc arguere?

PHILOCOMASIUM.

Ergo ecaſtor
Mihi haud falſum eveniat ſomnium, quod noctu hac ſomniavi.

PALAESTRIO.

Quid ſomniaſti?

PHILOCOMASIUM.

Ego eloquar! Sed, amabo, advortito animum.
Hac nocte in ſomnis mea ſoror gemina germana viſa,

---

379. *Niſi clatrata.* Clatris vallata. *Gitterfenſter.* *Clatri* vel *clatra* virgae ſunt ligneae aut ferreae, quibus transverſis feneſtrae etc. muniuntur.

380. *Intendere.* Velut arcum, accuſationem tuam, invehi. Donatus ad Terent. Eun. III, 3, 19. *Intendere eſt, crimen in adverſarium jacere.*

383. *In ſomnis.* Somnians.

Venisse Athenis in Ephesum cum suo amatore quodam;
Hi ambo hospitio huc in proxumum mihi devorti sunt visi.

PALAESTRIO.

Palaestrionis somnium narratur. Perge porro!

PHILOCOMASIUM.

Ego laeta visa, quia soror venisset, propter eandem
Suspicionem maxumam sum visa sustinere.

---

386. *Palaestrionis somnium narratur.* Haec Palaestrio secum murmurat. Sensus: Narras Palaestrioni, quae ipse excogitavit, et rectius te novit. Proprie et inproprie haec intelligi possunt. Nota enim sunt proverbia graeca: τὸ σὸν ὄναρ σοι διηγοῦμαι i. e. *tuum tibi narro somnium*, pro narro tibi, quod ipse me rectius nosti, vel vt est apud Platonem de Republ. VIII. τὸ ἐμὸν, ἐμὸν λέγεις ὄναρ i. e. *meum mihi narras somnium*, pro narras mihi, quae jamjam scio.

388 *Suspicionem maxumam sum visa sustinere.* *Suspicionem sustinere* dictum est vt *sustinere culpam* et *causam*, quod Graeci dicunt, αἰτίαν ὑπέχειν, pro *in suspicionem venire s. incidere.*

Nam arguere in somnia me familiaris meus mihi visu'st,
Me cum alieno adolescentulo, quasi nunc est, osculatam esse;
Cum illa osculata mea soror gemina esset suumpte amicum.
Ita me insimulatam perperam fuisse somniavi.

PALAESTRIO.

Satin' eadem in vigilantes expetunt, quae in somnis visa memoras?
Heus hercle quam praesentia omnia! Abi intro et comprecare.

Bacch. III, 3, 32. *Ille innocens, suspicionem hanc sustinet causa mea.* Sic Cicero pro Planco Cap. 6. *recipere suspicionem.* — Munitur hic ad fallaciam via, qua Sceledrus, quamvis diligens et acer custos, eludatur.

390. *Quasi nunc est.* Sicuti nunc res se habet.

393. *Expetunt.* Eveniunt, accidunt.

394. *Comprecare.* *Comprecari* nihil aliud est, quam mola salsa aut thure devenerari i. e. deprecari somnia meticulosa, pacemque ac veniam a prodigiali Jove diisque averruncis i. e. malorum

Narrandum ego istuc Militi censeo.

PHILOCOMASIUM.

Facere certum:
Neque me quidem patiar probri falso impune insimulatam.

SCELEDRUS.

Timeo quid rerum gesserim; ita dorsus totus prurit.

---

depulsoribus omni suppliciorum et piamentorum genere exambire. Quo item pertinent ea, quae habentur infra III, 1. de *precatrice, conjectrice, hariola* atque *aruspica.* Superstitionem veterum in expiandis somniis festive notat Martial. Epigr. VII, 53. Cf Amphitr. II, 2, 106 sqq. et Tibull. Eleg. III, 4, 9. *At natum in curas hominum genus omnia noctis Farre pio placent et saliente sale.*

395. *Facere certum.* Faciam i. e. narrabo.

397. *Timeo quid rerum gesserim; ita dorsus totus prurit. Ich fürcht', ich habe einen dummen Streich gemacht; es juckt mich der ganze Rücken.* Dorsum totum plagas et verbera sibi imminere praesagit ac praesentit. Amph. I, 1, 138. *Perii! dentes pruriunt.* Bacch. V, 2, 74. *Caput prurit, perii!* Poen. V, 5, 36. *Num tibi, adolescens, malae an dentes pruriunt?*

PALAESTRIO.

Scin' te periisse?

SCELEDRUS.

Nunc quidem domi certo. Certa res est,

Nunc nostrum observare ostium, vbi vbi sit.

PALAESTRIO.

At, Scelědre, quaeso,

Vt ad id exemplum somnium quam simile somniavit!

Atque, vt tu suspicatus es, eam vidisse te osculantem?

---

398. *Nunc quidem domi certo.* Sc. Philocomasium est; nam ipso vidente Sceledro erat domum ingressa. *Res certa est nunc obser-vare.* Nunc observabo. *Observare* vero proprie est servorum, quibus aedium custodia demandata est, Asinar. II, 2, 7. *Indiligenter observare ostium.*

400. *Vt ad id exemplum somnium quam simile somniavit!* Vt accipiendum θαυμαστικῶς, admirative. Quam simile somnium est facto huic. *Wie passt sich der Traum zu der Begebenheit? Somnium somniavit* vero dictum est vt *facere facinus* φυγὴν φεύγειν et centum alia.

401. *Atque, vt etc.* Atque vt somniavit, vt tu etc.

SCELEDRUS.

Me eam non vidiſſe arbitraris?

PALAESTRIO.

Opiner? Obſecro, reſipiſce!

Nae tu hercle, ſi ad herum haec res pervenerit, periſti pulchre,

SCELEDRUS.

Nunc demum experior, prius ob oculos mihi caliginem obſtitiſſe.

PALAESTRIO.

Dudum edepol hoc planum quidem: quae hic vsque fuerit intus.

---

402. *Opiner?* Quomodo hoc opiner? *Wie ſollt' ich das glauben? Reſipiſce.* Rervertere ad ſanitatem, redi ad te.

403. *Periſti pulchre.* Vt Noſtri: *da wirſt du ſchön ankommen.*

404. *Prius ob oculos mihi caliginem obſtitiſſe.* Antea meis oculis caliginem objectam fuiſſe, vt non recte viderim.

405. *Quae hic vsque fuerit intus.* Vtpote quae in aedibus noſtris intus ſemper fuerit. *Vsque* pro continuo, ſemper.

SCELEDRUS.

Nihil habeo certi quid loquar: non vidi eam, etsi vidi.

PALAESTRIO.

Nae tu edepol stultitia tua nos paene perdidisti.
Dum te fidelem facere hero voluisti, absumtus es paene.
Sed fores vicini proxumi crepuerunt. Conticiscam.

SCENA V.

PHILOCOMASIUM. PALAESTRIO. SCELEDRUS.

Vt Sceledro facilius persuadeatur, se versare in errore, Philocomasium, ea ipsa, quam ipse cum Pleuside viderat osculantem, nunc personam agit sororis germanae, et quasi peregre paullo ante venerit, et ex adversa tempestate, saevisque fluctibus servata sit, initio scenae Dianae Ephesiae sacrificare et gratias agere et vota solvere parat. Palaestrio vero, quasi ipse de rei veritate dubitaret, Sceledrum ad afferendum machaeram in domum Militis mittit, vt scilicet videat intus Philocomasium, quae per domum Periplectomenis in aedes Militis se receperat. Quo facto Sceledrus omnem amittit dubitandi et haesitandi libidinem.

I.

PHILOCOMASIUM.

410. Inde ignem in aram, vt Ephesiae Dianae lauta laudes

---

410. *Inde ignem in aram.* Injice seu impone ignem in aram sc. domesticam. Alloquitur Philocomasium ancillam sermone paene tragico, qualis est Charmidis Trin. IV, 1. Caeterum cum huius scenae exordio Cf. Stich. III, 1, 1-4. *Ephesiae Dianae.* Quia Ephesi res geritur, vbi

Gratesque agam, eique vt Arabo fumificem
odore amoene:
Quae me in locis Neptuniis templisque turbulentis

---

praecipuus erat Dianae cultus. *Lauta laudes.* Paronomasia. Turneb. Adverf. VII, 19. „Neque vero est, cur a Quinctiliano IX, 4 vel a Iuvenale X, 122. verfus irrideatur ob iterationem earundem fyllabarum. Hoc enim Veteres in deliciis habebant.“ Refpicit autem Comicus voce *lauta* ad folemnem lavationem illam, (quae veteribus *luftratio* vel etiam *purificatio* dicta) facrificia ac rem divinam praecedere folitam.

411. *Eique vt Arabo fumificem odore amoene.* Et vt ei fumum i. e. fuffitum feu fuffimentum faciam odore Arabico i. e. thure Arabico incenfo. Arabia enim mater erat odorum et vnguentorum pretioforum, vnde etiam proverbium: τὴν ὅλην Ἀῤῥαβίαν ἀποπνεύσθαι, et Festi *Arabice olet*, pro ex odoribus Arabicis.

412. *In locis Neptuniis.* In mari: nam Neptunus est Deus maris. *Templisque turbulentis.* I. q. loca Neptunia. Sicuti legimus apud Ennium et Lucretium *coeli templa* pro coelo et *Acherufia templa* pro locis infernis, ita et Neptuni five Neptunia templa pro mari. Rud.

Servavit, saevis fluctibus vbi sum afflictata multum.

SCELEDRUS.

Palaestrio, o Palaestrio!

PALAESTRIO.

O Sceledre, Sceledre, quid vis?

SCELEDRUS.

415. Haec mulier, quae hinc exit modo, estne herilis concubina Philocomasium? an non est ea?

PALAESTRIO.

Hercle opinor, ea videtur. Sed facinus mirum est, quomodo haec hinc potuerit transire,

---

IV, 2, init. *Neptuno has ago meo patrono gratias, Qui salsis locis incolit pisculentis, cum me ex suis pulchre ornatum expedivit Templis reducem.*

415. *Hinc.* Δεικτικῶς, ex aedibus Periplectomenis.

417. *Quomodo haec hinc potuerit transire.* Quomodo haec potuerit ex aedibus nostris in aedes Periplectomenis transire.

Siquidem ea est.

SCELEDRUS.

An dubium tibi est, eam esse hanc?

PALAESTRIO.

Ea videtur.
Adeamus, appellemus.

SCELEDRUS.

Heus, quid istuc est, Philocomasium?
Quid tibi istic hisce in aedibus debetur? Quid negotii est?
Quid nunc taces? Tecum loquor.

PALAESTRIO.

Imo edepol tute tecum;
Nam haec nihil respondet.

SCELEDRUS.

Te alloquor, vitii probrique plena,

---

420. *Quid tibi hisce in aedibus debetur? Was hast du hier, in diesem Hause, zu suchen?*

421. *Imo edepol tute tecum.* Sc. loqueris. Eadem ellipsis occurrit. Most. III, 1, 24. *Quid tute tecum?*

Quae circum vicinos vaga es.

PHILOCOMASIUM.

Quicum tu fabulare?

SCELEDRUS.

Quicum, nisi tecum?

PHILOCOMASIUM.

Quis tu homo es, aut mecum quid negotii est?

SCELEDRUS.

Men' rogas, homo qui sim?

PHILOCOMASIUM.

Quin ego hoc rogem, quod nesciam?

---

423. *Vaga es.* Vagaris. *Quicum tu fabulare?* Cum quo tu loqueris? Simulat Philocomasium, quasi non audiverit quae antea dicta erant.

424. *Mecum quid negotii est.* Sc. tibi.

425. *Quin ego hoc rogem, quod nesciam?* *Quin* pro quidni, quod est. Stich. II, 2, 9. *Pa. Quid agis? Di. Quid agam, rogitas? Pa. Quidni rogitem?*

PALAESTRIO.

Quis ego sum igitur, si tu hunc ignoras?

PHILOCOMASIUM.

Mihi odiosus, quisquis es;

Et tu, et hic.

SCELEDRUS.

Nos non novisti?

PHILOCOMASIUM.

Neutrum.

SCELEDRUS.

Metuo maxume.

PALAESTRIO.

Quid metuis?

SCELEDRUS.

Enim ne nosmet perdiderimus uspiam:

---

426. *Quis ego sum igitur, si tu hunc ignoras?* Cf. Amphitr. I, 1, 277 sqq. *Mihi odiosus.* Sc. es.

428. *Enim ne nosmet perdiderimus uspiam.* Notandum *enim* praepositum, quamquam

Nam neque te, neque me novisse ait haec.

PALAESTRIO.

Perscrutari hic volo,
Sceledre, nos nostri an alieni simus: ne dum quispiam
Nos vicinorum imprudenteis aliquis immutaverit.

SCELEDRUS.

Certe equidem noster sum.

---

et similiter alibi, tum apud hunc, tum apud nonnullos alios probatos latini sermonis autores, Praeterea semper fere in responsione secundum locum apud Plautum obtinet, et quasi παρέλκον est. e g. Most. III, 1, 20. Cas. II, 5, 15.

430. *Nos nostri, an alieni simus.* I. e. nostrae familiae, an alienae? Ita mox *Certe equidem noster sum.* Germanice reddi posset: *Ob wir noch unserm alten Herrn dienen, ob wir noch die Alten sind.* *Ne dum.* *Dum* παρέλκει, vel est ne forte.

431. *Imprudenteis.* Non providentes, inscientes.

PALAESTRIO.

Et pol ego. Quaeris tu, mulier, malum.
Tibi dico, heus Philocomasium!

PHILOCOMASIUM.

Quae te intemperiae tenent,
Qui me perperam perplexo nomine appelles?

PALAESTRIO.

Eho,
Quis igitur vocare?

PHILOCOMASIUM.

Glycere nomen est.

---

432. *Quaeris tu, mulier, malum.* Vid. not. ad vs. 274.

433. *Intemperiae tenent.* *Intemperiae* pro insaniis. I, 1, 30. *Nescio pol quae illunc hominem intemperiae tenet.*

434. *Perplexo,* Obscuro, figurato. Glossae: *perplexus*, πεπλεγμένος. Terent. Eun. V, 1, 1. *Pergin', scelestе, mecum perplexe loqui.*

435. *Quis igitur vocare?* Quae igitur i. e.

SCELEDRUS.

Iniuria es:
Falſum nomen poſſidere, Philocomaſium, poſtulas.
At iſtuc non decet, et meo adeo hero facis iniuriam.

PHILOCOMASIUM.

Egone?

PALAESTRIO.

Tute.

PHILOCOMASIUM.

Quae heri Athenis Epheſum adveni veſperi
Cum meo amatore, adoleſcente Athenienſi.

PALAESTRIO.

Dic mihi,
Quid hic tibi in Epheſo eſt negotii?

PHILOCOMASIUM.

Geminam germanam meam
Hic ſororem eſſe inaudivi: eam veni quaeſitum.

---

quo nomine igitur vocaris? *Quis* apud vett. communis generis. *Injuria es.* Contra jus agis.

PALAESTRIO.

Mala es.

PHILOCOMASIUM.

Imo ecastor stulta multum, quae vobiscum fabuler;

Abeo.

SCELEDRUS.

Abire non sinam te.

PHILOCOMASIUM.

Mitte.

SCELEDRUS.

Manifestaria

Res est, non mitto.

PHILOCOMASIUM.

At mihi iam crepabunt manus, malae tibi,

---

441. *Mala es.* *Du bist eine Betrügerin.*

443. *Mitte.* Sc. me. *Manifestaria res est.* Manifesta res est, et vel subint. te esse malam, vel dictum est περιφραστικῶς vt antea *certa res est,* pro non mittam te.

444. *At mihi jam crepabunt manus, malae tibi.* Colaphum tibi infringam. *Malae* pro maxillae.

Nisi me omittis.

SCELEDRUS.

Quid, malum, astas? Quin retines altrinsecus?

PALAESTRIO.

Nihil moror negotiosum mihi esse tergum, qui scio
An ista non sit Philocomasium, atque alia eius similia siet?

PHILOCOMASIUM.

Mittis me, an non mittis?

SCELEDRUS.

Imo vi atque invitam, ingratiis,

---

445 *Malum.* *Du Schurke.* Vid. Christianus Falsterus in Amoenitatibus philologicis, qui T. III. Serm. 18. plaustrum convitiorum veteribus vsitatorum exhibet. *Altrinsecus.* Altera ex parte: nam ab vna jam tenebat Philocomasium Sceledrus.

446. *Nihil moror negotiosum mihi esse tergum.* Nolo tergo meo aliquid esse (cum virgis) negotii, i. e. tergum meum in plagis perferendis esse occupatum. *Qui scio an ista non sit.* Qui nescio, an ista sit.

448 *Ingratiis.* Invitam, obtorto collo. Verbum frequens apud Plautum, Lucretium, alios.

Niſi voluntate ibis, rapiam te domum.

PHILOCOMASIUM.

Oſtium hoc mihi
Domicilium eſt, Athenis domus atque res. Ego iſtam domum
Neque moror, neque vos, qui homines ſitis, novi, neque ſcio.

SCELEDRUS.

Lege agito: te nusquam mittam, niſi das firmatam fidem,

---

que. Qui autem vi in judicium, aut ad aliquod ſupplicium etc. ducebantur, proprie *obtorto collo* vel *cervice adſtricta* trahi dicebantur.

449. *Oſtium hoc mihi domicilium eſt.* In aedibus, quarum eſt oſtium hoc, mihi domicilium eſt; ego in hoc domo habito. *Domicilium* et *domus* inter ſe differunt. *Domicilium* nobis eſſe poteſt etiam in alienis atque externis locis, *domus* in patria tantum.

450. *Domus atque res.* Familia et opes, patrimonium. *Domus* pro familia non ita infrequens. e. g. Ovid. Metam. VIII, 636. *Tota domus duo ſunt.* *Iſtam domum.* Veſtram.

452. *Lege agito.* *Lege agere* eſt in jure id, quod in lege aliqua conſtitutum eſt, agere, et *lege*

Te huc, si omisero, intro ituram.

PHILOCOMASIUM.

Vi me cogis, quisquis es.

Do fidem, si omittis, istoc me intro ituram, quo iubes.

SCELEDRUS.

Ecce omitto.

PHILOCOMASIUM.

At ego abeo omissa.

SCELEDRUS.

Muliebri fecisti fide.

PALAESTRIO.

Sceledre, manibus amisisti praedam: tam ea est, quam potis,

---

agito dicebatur ei, cuius intentio contemptibilis adversario videbatur. v. Donatus ad Ter. Phorm. V, 7, 43. *Firmatam fidem.* Firmabatur fides jurejurando, sponsoribus, fidejussoribus etc.; hic vero simpliciter, pro *dare fidem certam* positum videtur.

455. *Muliebri fecisti fide.* Fluxa, sublesta, levi. Vide quae notata sunt ad proverbium: *Mulieri ne credas, ne mortuae quidem.* coll. Amph. II, 2, 209. *Fides lenonina* est Rud. V, 3, 3.

456. *Tam ea est, quam potis.* Sc. est. i. e.

Nostra herilis concubina. Vin' tu hoc facere strenue?

SCELEDRUS.

Quid faciam?

PALAESTRIO.

Affer mihi machaeram hic intus.

SCELEDRUS.

Quid facies ea?

PALAESTRIO.

Introrumpam recta in aedes, quemque hic intus videro

---

potest. Sensus: quam certissime ea est. Stich. III, 2, 1. *Tam confido, quam potest.*

457. *Vin' tu hoc facere strenue?* Visne tu id, quod ego tibi dicam, facere strenue i. e. cito, celeriter.

458. *Affer mihi machaeram.* Vt videat sc. Sceledrus Philocomasium in lecto cubantem. Simulat Palaestrio, se injuriam hero illatam vindicaturum.

459. *Introrumpam.* Cf. Amph. IV, 3, 14 sqq. *In aedes.* Periplectomenis. *Quemque.* Quemcunque.

Cum Philocomasio osculantem, eum ego obtruncabo extempulo.

SCELEDRUS.

Visane est ea esse?

PALAESTRIO.

Imo edepol plane ea est.

SCELEDRUS.

Sed quomodo
Dissimulabat!

PALAESTRIO.

Abi, machaeram huc effer.

SCELEDRUS.

Jam faxo hic erit.

PALAESTRIO.

Neque eques, neque pedes profecto quisquam tanta audacia,

---

463 *Neque eques, neque pedes, profecto — mulieres faciant.* Sic Euripides in Aug: Γυναῖκες ἐσμέν· τὰ μὲν ὄκνῳ νικώμεθα, τάδ' οὐκ ἂν ἡμῶν θράσος ὑπερβάλλοιτό τις. i. e. *Mulieres sumus: in quibusdam timiditate superamur, in nonnullis non est, qui nos audacia superare possit.* Et

Qui aeque faciat confidenter quicquam, quam quae mulieres
Faciunt. Vt vtrobique orationem docte edidit!
Vt ſublinitur os cuſtodi cauto conſervo meo!
Nimis beat, quod commeatus transtinet trans parietem.

Idem in Medea: πεφύκαμεν γυναῖκες εἰς μὲν ἐσθλ' ἀμηχανώταται, κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται. i. e. *Sumus mulieres, ineptae ad bona, omnium vero malorum artifices ſapientiſſimae.*

465. *Vtrobique.* Et vbi Philocomaſii partes agebat, et vbi eius ſororis.

466. *Vt ſublinitur os cuſtodi cauto conſervo meo.* Quam lepide decipitur et illuditur Sceledrus, conſervus meus, cuſtos mulieris, vt is ſibi videtur callidus et ſollers et providus.

467. *Nimis beat.* Nimis iuvat, nimis hoc nos beatos reddit. *Beat* abſolute dictum eſt vt *levat* Lucret. IV, 2. *Levat integros accedere fontes. Quod commeatus transtinet trans parietem.* Quod commeatus e domo Periplectomenis in domum noſtram per medium et communem parietem transverſus patet, quod datus liber tranſitus per parietem. *Transtinere* eſt pertinere, quemadmodum *trans mare ire* et *per mare ire*, et *pellègere* et *translegere.* Aſin. IV, 1, 5. *Trans aliquid pertinere*

SCELEDRUS.

Heus Palaeſtrio, machaera nihil opus.

PALAESTRIO.

Quid iam, aut quid opus eſt?

SCELEDRUS.

Domi eccam herilem concubinam.

PALAESTRIO.

Quid? domi?

SCELEDRUS.

In lecto cubat.

PALAESTRIO.

Edepol nae tu tibi malam rem repperiſti, vt praedicas.

---

eſt continuari, et vno ſpiritu, vel tenore, perduci. Sic poſſem dicere: *pons transtinet trans flumen* i. e. ad alteram ripam continuus eſt. Eodem ſenſu *continere* Stich. III, 1, 44. *vtroque commeatus continet* i. e. continuatur, continuus eſt. Caeterum nil frequentius occurrit apud vtriusque linguae poëtas praepoſitionis repetitione. e. g. Ariſtoph. Ran. 928. 1046.

SCELEDRUS.

Quid iam?

PALAESTRIO.

Quia hanc attingere ausus mulierem hic in proxumo.

SCELEDRUS.

Magis hercle metus, sed nunquam quisquam faciat, quin soror
Ista sit germana huius.

PALAESTRIO.

Eam pol tu osculantem hic videras.
Et quidem palam est, eam esse, vt dicis.

SCELEDRUS.

Quid propius fuit,

---

471. *Attingere.* Aggredi, male tractare; Palaestrio simulat, se credere, duas esse meretrices.

472. *Sed nunquam quisquam faciet, quin* etc. Nunc labare incipit Sceledrus. Desinit enim jam asseverare, eam puellam, quam viderit osculantem, et quam postea attigerit, esse Philocomasium, sororem germanam et geminam.

Quam vt perirem, si locutus fuissem hero.

PALAESTRIO.

Ergo si sapis,
Mussitabis. Plus oportet scire servom, quam loqui.
Ego abeo a te, ne quid tecum consilii commisceam,
Atque apud hunc vicinum. Tuae mihi turbae non placent.
Herus si veniet, si me quaerit, hic ero: hinc me arcessito.

---

475. *Si locutus fuissem hero.* Si Militi dixissem, si ipsi narravissem, quae vidisse credebam.

476. *Mussitabis.* Tacebis, *wirst du dich nicht mucksen. Plus oportet scire servom, quam loqui.* Juven. Sat. IX, 120. *Lingua mali pars pessima servi.* Et Terent. in Andr. I, 1, 6. 7. in servo requirit fidem et taciturnitatem.

477. *Ne quid tecum consilii commisceam.* Ne tua mihi contagio noceat, ne quid tecum habeam commune.

478. *Apud hunc vicinum.* Ad hunc vicinum.

SCENA VI.

SCELEDRUS. PERIPLECTOMENES.

Periplectomenes, consiliorum Palaestrionis particeps et socius, atque Pleusidi operam dans, vbi audivit, Philocomasium a Sceledro visam et tractatam esse in via, et paene in manifesto facinore deprehensam, ac domum Militis invitam ac vi abductam, cum ea simularet, se esse Philocomasii sororem, id se iniquo animo ferre profitetur, et, quasi hospitae suae et sibi gravis sit injuria facta, admodum irascitur. Vt vero eo credibilius sit Sceledro, duas esse sorores sibi simillimas, in aedes suas visere jubet Sceledrum, et deinde in domum Militis abire, quo in vtroque loco invenit Philocomasium. Nunc Sceledrus paene depressus, et pessima metuens, se aliquot dies occultare apud se constituit.

SCELEDRUS.

Satin' abiit ille, neque herile negotium
Plus curat, quasi si non servitute serviat?
Certo quidem illa haec nostra intus est in aedibus:

---

480. *Satin' abiit ille.* *Nicht wahr, nun ist er fort?* *Satin'* particula est cum admiratione et indignatione quadam interrogantis.

Nam ego et cubantem eam modo offendi domi.
Certum eſt, nunc obſervationi operam dare.

PERIPLECTOMENES.

Non hercle hisce homines me marem, ſed foeminam
Vicini rentur eſſe ſervi Militis,
Ita me ludificant. Meamne hic in via hospitam,

---

483. *Offendi.* Reperi.

484. *Certum eſt nunc obſervationi, operam dare.* Diligenter nunc fores noſtras obſervabo, ne ſc. Philocomaſium exire poſſit.

485. *Non hercle hisce homines* etc. Haec ſecum, Periplectomenes, ſed ita, vt audire poſſit Sceledrus. *Hisce* pro *hice* vel *hi.* Priscian. L. XII, 13. *Inveniuntur etiam nominativum pluralem hisce proferentes antiqui*, vt Terent. Eun. II, 2, 38. *Hisce hoc munere arbitrantur ſuam Thaidem eſſe.* *Non marem, ſed foeminam.* Ordo eſt: Servi Militis vicini non me rentur eſſe marem ſed foeminam. *Foemina* vel *mulier* pro homine levi, ignavo, vt ſaepiſſime ap. Plautum et alios e. g. Caſin. II, 2, 26. Bacch. IV, 8, 4. *Non me arbitrantur militem, ſed mulierem.* Truc. I, 2, 31. Terent. Heaut. V, 3, 4. Summum convicium viro, foeminam vel mulierem dici, v. Barth. ad Stat. Theb. II, 665.

Quae heri huc Athenis cum hoſpite advenit meo,
Tractatam et ludificatam, ingenuam et liberam?

SCELEDRUS.

Perii hercle! hic ad me recta habet rectam viam.
Metuo, illaec mihi res ne magno malo fuat,
Quantum hunc audivi facere verborum ſenem.

PERIPLECTOMENES.

Accedam ad hominem. Tun' Sceledre, hic ſcelerum caput,

---

489. *Tractatam et ludificatam.* Subint. eſſe patiar, vel velim. *Tractare*, (frequentat. a *trahere*, quod eodem ſenſu etiam occurrit) eſt male excipere, tentare, indigniter habere.

490. *Hic ad me recta habet rectam viam.* Plane eadem ſunt quae leguntur. Pſeud. IV, 7. 37.

491. *Fuat.* Sit, ab antiquo *fuo.*

493. *Scelerum caput.* Dux, ſignifer hominum ſceleratorum ſceleratiſſime. Propert. II, 24. *Non ego nequitiae dicerer eſſe caput.* Cf. Pſeud. IV, 5. 3. Bacch. IV, 7. 31.

Meam ludificasti hospitam ante aedis modo?

SCELEDRUS.

Vicine, ausculta quaeso.

PERIPLECTOMENES.

Ego auscultem tibi?

SCELEDRUS.

Expurgare volo me.

PERIPLECTOMENES.

Tun' te expurges mihi,
Qui facinus tantum tamque indignum feceris?
An quia latrocinamini, arbitramini
Quidvis licere facere vobis, verbero?

SCELEDRUS.

Licetne?

PERIPLECTOMENES.

At ita me di deaeque omnes ament,

---

498. *Latrocinamini* i. e. homines militares estis. Nos: *weil ihr einen blauen Rock tragt.*

500. *Licetne?* Sc. expurgare me. — In Periplectomenis sermone, qui nunc sequitur, notanda est verborum mira congeries seni iratum se simulanti a Poeta adficta, quae uno fere spiritu ab ipso continuatur.

Nisi mihi supplicium virgeum de te datur
Longum diutinumque a mane ad vesperum,
Quod meas confregisti imbrices et tegulas,
Ibi dum condignam te sectatus simiam,
Quodque inde inspectavisti meum apud me hospitem
Amplexum amicam cum osculabatur suam,
Quodque concubinam herilem insimulare ausus es

---

501. *Nisi mihi supplicium virgeum de te datur.* Nisi mihi virgis poenas dabis. Cf. vs. 510.

503. *Imbrices et tegulas.* Imbrices sunt tegulae cavatae et semirotundae, quibus aqua pluvia diffluit. Servius ad Virg. Georg. IV, 296. *Imbrex dicitur, quod imbrem arceat: est enim genus incurvum tegularum.* Glossarius liber: *imbrex*, καληκατήρ.

504. *Ibi dum condignam te sectatus simiam.* Ordo et constr. Dum tu ibi sectatus es simiam condignam te; *da ein Affe daselbst den andern jagte.* Ennius: *Simia quam similis turpissima bestia nobis.*

506. *Amplexum.* Accus. est ab amplexus, a, um.

Probri, pudicam, meque summi flagitii:
Tum quod tractavisti hospitam ante aedes meas. —
Nisi tibi supplicium stimuleum datur,
Dedecoris pleniorem herum faciam tuum,
Quam magno vento plenum est vndarum mare.

---

508. *Summi flagitii.* Summae turpitudinis, facti turpissimi.

510. *Supplicium stimuleum.* Supplicium tale, quo Sceledro coxendix et latera et tergum stimulo fodiantur.

511. *Dedecoris pleniorem herum — vndarum mare.* Hyperbole: nam magno vento coorto, ne cogitari quidem potest, quot vndis ac fluctibus mare agitetur. Sic Virg. Aen. VII, 718. *Quam multi Libyco volvuntur littore fluctus, Saevus vbi Orion hibernis conditur vndis.* Phrynichus ap. Plutarch. Sympos. VIII Σχήματα δ' ὄρχησις τόσα μοι πόρεν, ὅσσ' ἐνὶ πόντῳ Κύματα ποιεῖται χείματι νὺξ ὀλοή. Cf. Pollux IX, 145. ὑπὲρ τὰ κύματα. Caeterum notandum: Si cuius servus alteri damnum intulerat, vel arbitrio eius, qui damno affectus fuerat, servus plectebatur, vel noxae dedebatur: vel dominus litis aestimationem sufferebat, vel, vt ex h. l. apparet, dedecore afficiebatur etc.

SCELEDRUS.

Ita sum coactus, Periplectomene, vt nesciam,
Vtrumne postulare prius tecum aequom siet,
An me expurgare hic tibi videatur aequius,
Nisi istaec non est istaec, neque istaec est mihi:
Sicut etiam nunc nescio quid viderim:
Ita istaec huius similis est nostrae tua,
Siquidem non eadem est.

PERIPLECTOMENES.

Vise ad me intro, iam scies.

SCELEDRUS.

Licetne?

---

513. *Ita sum coactus.* In angustiam redactus.

514. *Vtrumne postulare prius tecum aequom siet.* Vtrum verbis contendere prius tecum sit aequum. *Postulare* pro expostulare, simplex pro composito. *Prius aequom.* i. q. Aequius.

518. *Ita istaec huius similis est nostrae tua.* Ordo: ita est isthaec tua huius nostrae similis.

519 *Si quidem.* Si modo. *Vise ad me intro, iam scias.* Vise in aedes meas, et scies sc. duas esse sorores, inter se tam similes, vt aegre internosci possint.

PERIPLECTOMENES.

Quin te iubeo: at placide noscita.

SCELEDRUS.

Ita facere certum est.

PERIPLECTOMENES.

Heus, Philocomasium, cito
Transcurre curriculo ad nos: ita negotium est.

---

520. *Placide noscita.* Placide inspice et explora i. e. dummodo ne dictis factisque injurius sis in hospitam nostram, placide omnia peragas.

521. *Heus, Philocomasium, cito* etc. Periplectomenes interea praecurrit domum Militis, et iubet Philocomasium, in aedes suas propere transire, vt hoc facto Sceledrus, cui visendi et inquirendi et noscitandi potestas a Periplectomene facta est, eam in senis vicini domo offendens, credat, aliam esse puellam, Philocomasio simillimam, non Philocomasium, vtpote quam teneatur esse in aedibus Militis, atque adeo quam ipse in lecto cubantem viderit, et diligenter ostium observans, pedem limine non extulisse certo sciat.

522 *Transcurre curriculo.* Quam citissime. Cum in certaminibus summa vi niterentur ad currendum homines, *curriculo currere* summam operam designat, summum conatum. Curriculum

Post, quando exierit Sceledrus a nobis, cito
Transcurrito ad vos tursum curriculo domum. — —
Nunc pol ego metuo, ne quid infuscaverit.
Si hic non videbit mulierem, aperitur dolus.

SCELEDRUS.

Pro di immortales! Similiorem mulierem,

---

enim et spatium certaminis et ipsum cursum designat v. Barth. Advers. L. LVI. C. 9. *Ita negotium est.* Ita oportet, res ita exigit. Pers. IV, 6, 11. Bacch. IV, 4, 103.

525. *Ne quid infuscaverit.* Ne quid Philocomasium eorum, quae ei praecepta sunt, turbaverit s. corruperit, non satis astute agendo personam sibi impositam. *Infuscare* est fuscum reddere, et dicitur proprie de vino nigrioris coloris, cum aqua mixta dilutius, fusciusque redditur: deinde vero etiam ponunt de omni re, cui aliunde et extrinsecus aliquid invergitur atque infunditur, quaeque ideo fit deterior.

526. Post hunc versum vel quaedam interposuisse, quibus interim teneret populum, dum Sceledrus exit theatrum, videtur Plautus vel peccasse indecorum.

527. *Pro di immortales! Similiorem* etc. Nunc plane credit Sceledrus dolum de duabus sororibus.

Magisque eandem, vtpote quae non ſit eadem, non reor

Deos facere poſſe.

PERIPLECTOMENES.

Quid nunc?

SCELEDRUS.

Commerui malum.

PERIPLECTOMENES.

Quid igitur, ean' eſt?

SCELEDRUS.

Etſi ea eſt, non eſt ea.

PERIPLECTOMENES.

Vidiſtin' iſtam?

SCELEDRUS.

Vidi et illam, et hoſpitem

Complexam atque oſculantem.

PERIPLECTOMENES.

Ean' eſt?

SCELEDRUS.

Neſcio.

---

529. *Commerui malum.* Verbum *commereo* perſpicue hic in malo locum habet, vt ſemper alibi.

PERIPLECTOMENES.

Vin' scire plane?

SCELEDRUS.

Cupio.

PERIPLECTOMENES.

Abi intro ad vos domum
Continuo; vide sitne ista haec vostra intus domum.

SCELEDRUS.

Licet; pulchre admonuisti: jam ego ad te exibo foras.

PERIPLECTOMENES.

Nunquam edepol hominem quenquam ludificarier
Magis facete vidi, et magis miris modis.
Sed eccum egreditur.

SCELEDRUS.

Periplectomene, te obsecro

---

534. *Intus domum.* Pro in domo. Adverbia enim saepe locum praepositionum occupabant apud veteres. Lucret. II, 964. *intus sedibus* pro *in sedibus.*

Per deos atque homines, perque ſtultitiam meam,
Perque tua genua.

PERIPLECTOMENES.

Quid obſecras me?

SCELEDRUS.

Inſcitiae
Meae et ſtultitiae ignoscas. Nunc demum ſcio,
Me fuiſſe excordem, caecum, incogitabilem:
Nam Philocomaſium eccam intus.

PERIPLECTOMENES.

Quid nunc, furcifer?

---

539. *Perque ſtultitiam meam.* Putat enim nunc Sceledrus, ſe in eo ſtultum fuiſſe, quod crediderit, ſe Philocomaſium vidiſſe osculantem, quam etiam re vera viderat.

540. *Perque tua genua.* Genua tangebant eorum, quibus ſupplicabant, et per res iis, quos orabant, cariſſimas orabant. Rud. I, 5, 16. *Nunc tibi amplectimur genua egentes opum.*

542. *Incogitabilem.* Cogitationis expertem, inconſideratum, ſine cogitatione, *vnbeſonnen.*

Vidistin' ambas?

SCELEDRUS.

Vidi.

PERIPLECTOMENES.

Herum exhibeas volo.

SCELEDRUS.

Meruisse equidem me maxumum fateor malum,
Et tuae fecisse me hospitae aio iniuriam:
Sed meam esse herilem concubinam censui,
Quoi me custodem herus addidit Miles meus.
Nam ex vno puteo similior nunquam potest
Aqua aquae sumi, quam haec est, atque ista hospita.
Et me despexe ad te per impluvium tuum
Fateor.

---

544. *Exhibeas.* Produces.

549. *Ex vno puteo similior nunquam potest aqua aquae sumi, quam haec est, atque ista.* Sic Menaechm. V. 9, 30. *Neque aqua aquae, neque lacte est lacti, crede mihi, vsquam similius.* Nos: *Wie ein Tröpfen Wasser dem andern.*

551. *Despexe.* Deorsum adspexisse.

PERIPLECTOMENES.

Quid ni fateare, ego quod viderim?

SCELEDRUS.

Sed Philocomaſium me vidiſſe cenſui.

PERIPLECTOMENES.

Ratusne me iſtic hominem eſſe omnium minimi pretii,
Si ego me ſciente paterer, vicino meo
Eam fieri apud me tam inſignite iniuriam?

SCELEDRUS.

Nunc demum a me inſipienter factum eſſe arbitror,
Cum rem cognoſco: at non malitioſe tamen
Feci.

PERIPLECTOMENES.

Imo indigne! Namque hominem ſervom ſuos

---

554. *Ratusne me iſtic hominem — inſignite injuriam.* Nonne tu me exiſtimares hominem tam nequam et contemtum eſſe, ſi ego vicino meo paterer, me ſciente, tam inſigniter fieri injuriam.

559. *Indigne.* Nam indignum eſt a ſervo injuriam accipere. *Namque hominem ſervom*

Domitos habere oportet oculos et manus
Orationemque.

SCELEDRUS.

Egone? Si post hunc diem
Muttivero, etiam quod egomet certo sciam,
Dato excruciatum me; egomet dedam me tibi.
Nunc hoc mihi ignoscas quaeso.

— *orationemque.* Notum est illud Periclis ap. Cicer. de Offic. Lib. I. C. 40. *At enim Praetorem, Sophocle, decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere.*

562. *Muttivero.* Mu facero. *Mu canum est,* inquit Charisius, *unde dicuntur muttire, sicut γρῦ porcorum, unde grunnire.* Scaliger Conjectan. *Mutiunt canes, cum incipiunt irritari, ab eo, quod M vel μῦ videntur edere.*

563. *Dato excruciatum me.* Dato ad excruciandum me sc. tortoribus, quorum erat hoc munus et officium, etiam vbi dominus ipse excruciare dicebatur. *Egomet dedam me tibi.* Vt sc. de me poenas sumas tuo arbitratu. Non poterat enim aliter servus, quibus injuriam fecerat, aut damnum intulerat, satisfacere. Plautus juxta eleganter alludit ad noxae deditos.

PERIPLECTOMENES.

Vincam animum meum,

Ne malitioſe factum id eſſe abs te arbitrer.

Ignoſcam tibi iſtuc.

SCELEDRUS.

At dii tibi faciant bene.

PERIPLECTOMENES.

Nae tu hercle, ſi te dii ament, linguam comprimes.

Poſthac etiam illud, quod ſcies, neſciveris,

Nec videris, quod videris.

SCELEDRUS.

Bene me mones:

---

564. *Vincam animum meum.* Mihi imperabo, κρατήσω θυμοῦ.

565. *Malitioſe.* Per malitiam, dedita opera.

568. *Etiam illud, quod ſcis, noſciveris.* Ita te componas, vt etiam illa, quae noſti, ita habeas, vt ſi ignores. Donatus ad illud Terent. Eun. IV, 4. 55. *Tu pol ſi ſapis, Quod ſcis neſcis* notat, hoc dictum eſſe vt illa *concordia discors* Horat. Epiſt. I, 12, 19. et *ſequitur ſequentem*, ap. Virgilium. Ita etiam Terent. Heaut. IV, 2, 13. *Tu neſcis id, quod ſcis.*

Ita facere certum est. Sed satin' oratus abis?
Nunquid nunc aliud me vis?

PERIPLECTOMENES.

Ne me moveris!

SCELEDRUS.

Dedit hic mihi verba, quam benigne gratiam
Fecit, ne iratus esset! Scio, quam rem gerat:
Vt Miles, cum extemplo a foro adveniat domum,
Domi comprehendat. Vna hic et Palaestrio
Me habent venalem; sensi, et iam dudum scio.

---

570. *Sed satin' oratus abis? Du hast dich aber doch erbitten lassen?*

571. *Ne me moveris.* Sc. amplius i. e. ita te mihi praesta, vt non opus sit, tibi fieri iratum.

572. *Dedit hic mihi verba.* Non serio mihi ignovit, neque ex animo simulat, se mihi ignoscere, vt me imparatum et incautum opprimat. *Gratiam fecit.* Subint. culpae siue peccati i. e. culpam remisit; s. condonavit. v. Trin. II, 2, 95.

576. *Me habent venalem.* Me incautum prodere et fallere cupiunt. Nam vel me habent pro servo recens emto, qui eorum nondum sciat mores. Venales enim nominabantur tales servi.

Nunquam hercle ex ista nassa ego hodie escam petam.
Nam iam aliquo aufugiam, et me occultabo aliquot dies,
Dum hae consilescunt turbae, atque irae leniunt.

---

577. *Nunquam hercle ex ista nassa ego hodie escam petam.* Significat, se domum heri non iturum, vbi futurum sit, vt tamquam piscis capiatur, et vnde periculum virgarum sibi imminere videat. *Nassa*, ait Festus, *est piscatorii vasis genus, quo cum intravit piscis, exire non potest:* *Fischreuse.*

579. *Dum hae consilescunt turbae.* Dum hae turbae sedantur. Terent. Adolph. V, 2, 10. *Dum hae silescunt turbae. Atque irae leniunt.* *Leniunt* pro leniuntur: activum pro passivo. Gellius N A. XVIII, 12. *Id quoque habitum in oratione facienda elegantiae genus, vt pro verbis habentibus patiendi figuram, agentia ponerent: ac deinde vice versa haec inter se mutua verterent.* Cicero *terra movet patiendi significatu pro movetur.* Add. Liv. XXXIX, 51. *Mores populi Rom. quantum mutaverint.* Sallust. Jugurth. C. 28. extr. *Mortis metu mutabant.* Cn. Gellius ap. A. Gellium l. c. *Postquam tempestas sedavit.* Virg. Aen. VII, 27. *Cum venti posuere.* Cf. X, 103.

Nam iam nunc satis et plus nimio merui mali.
Veruntamen de me quicquid est, ibo hinc domum.

PERIPLECTOMENES.

Illic hinc abscessit. Sat edepol certo scio,
Occisam saepe sapere plus multo suem,
Cum manducatur, ne id, quod vidit, viderit.
Nam illius oculi atque aures atque opinio

---

583. *Occisam saepe sapere plus multo suem.* Festivus senex ludit in ambigua notione verbi *sapere* (quod a sensu gustus etiam ad animum transfertur.); ex eo, quod sapidissima omnium quadrupedum aestimatur vulgo suilla caro. Subintell, vero, quam iste Sceledrus.

584. *Cum manducatur.* Jocus iterum ex ambiguo. Nam manducatur derivari potest vel a *manducare*, quod est edere, vel, raptim pronunciatur, a *manducere*, quod esset manu ducere: *Cum manducatur* significaret ergo, vel *cum editur*, vel *cum inducatur*, *ad id adducatur*, *da man ihn dahin bringen kann.*

585. *Nam illius oculi — adnos.* Sententia: Sceledrus nihil videt, nihil audit, nihil opinatur, nisi quod volumus eum videre, audire etc.

Transfugere ad nos. Vsque adhuc actum eſt probe.
Nimiam feſtivam mulier operam praebuit!
Redeo in ſenatum rurſus: nam Palaeſtrio
Domi nunc apud me, Sceledrus nunc autem foras.
Frequens ſenatus poterit nunc haberier.
Ibo intro; ne dum abſum, illis obſtito fuam.

---

588. *Redeo in ſenatum rurſus.* Redeo in conſeſſum et locum, vbi conſilium ſine arbitris habere licet i. e. domum meam.

591. *Ne dum abſum, illis obſtito fuam.* Ne abſentia mea illis obſtito ſim, ne obſtem, ad ea ſc., quae illis ſunt facienda. *Obſtitum* pro obſtaculo, vt *mandatum* a mando, *juſſum* a jubeo et ſimilia.

ACTUS TERTIUS.

SCENA I.

PALAESTRIO. PLEUSIDES. PERIPLECTOMENES.

Palaestrio, Pleusides et Periplectomenes inter se ineunt consilium, quomodo Militem circumveniant, liberentque Philocomasium. Palaestrio proponit, ut ancilla, quae sit forma lepida atque animo callido, in matronarum modum ornaretur, et se Periplectomenis uxorem esse, Militem vero perdite amare et maritum sibi poscere, simulet. Propositio placet caeteris, et nunc quilibet ad partes suas agendas a Palaestrione instruitur. Ab initio vero huius scenae, quae una est ex longissimis, Periplectomenes, lepidissimus senex, multa profert, de mulieribus, matrimonio etc., quae bene cum coelibis, qualis est Periplectomenes, moribus conveniunt.

PALAESTRIO.

Cohibete intra limen etiam vos parumper, Pleusidea.

---

592. *Cohibete vos.* Continete vos, remanete. Haec Palaestrio e domo exiens ad congerrones, quibuscum consilium inire certum est. *Intra limen.* Sc. domus i. e. intra domum, in domo. *Etiam parumper.* Adhuc, *noch ein Weilchen.*

Sinite me prius prospectare, ne vspiam insidiae sient,
Consilium quod habere volumus. Nam opus est nunc tuto loco,
Vnde inimicus ne quis nostris spolia capiat consiliis.
Nam bonum consilium surripitur tibi saepissume;

---

vt Amph. II, 1, 21. Most. II, 2, 43. et Terent. Hec. I, 1, 117. *nondum etiam* *Pleusides*. Subint. et vos caeteri, Periplectomenes et Philocomasium.

593. *Prospectare.* Curiosius prospicere, circumspicere. *Ne vspiam insidiae sient Consilium* etc. Ne alicubi sit, qui nostra obseruet consilia. *Concilium* audiendi, *consilium* deliberandi caussa congregatur. v. Ernesti Clav. Cic. s. v. Consilium. Constr. Ne, quod consilium habere volumus, ei vspiam insidiae sint. Id pronomen nimirum reticetur, vt centies alibi. Vel, *ne insidiae sint*, dissoluto per nomen substantivum verbo, positum est pro *ne insidientur*, quod verbum cum dat. et accus. iungitur.

595. *Nostris spolia capiat consiliis.* Nostra spolietur consilia i. e. vtilitatem capiat ex nostris consiliis.

Si minus cum cura aut cate locus loquendi lectus est.
Jam bene consultum, inconsultum est, si inimicis sit vsui:
Neque potest, quin, si id inimicis vsui est, obsit tibi.
Quippe si rescriverint inimici consilium tuum,
Tuopte tibi consilio occludunt linguam, et constringunt manus:
Atque eadem, quae illis voluisti facere, faciunt tibi.
Sed speculabor, ne quis aut hinc a laeva, aut a dextera
Nostro consilio venator assit cum auritis plagis.

---

597. *Minus cum cura.* Minori cura, incuriosius. *Minus cate*, Incautius, *ohne hinlängliche Vorsicht.*

598 *Bene consultum inconsultum est.* i. e. male consultum est: fere vt Graec. δῶρα ἄδωρα ap. Sophocl. in Ajace et simil. Capt. II, 1, 26. *Nam doli non doli sunt, nisi astu colas, Sed malum maxumum, si id palam provenit.*

604. *Nostro consilio venator assit cum auritis plagis.* Nostrum consilium auribus captet. *Auritae plagae* sunt retia aures habentia: plagae enim sunt retia, quibus capta implicantur.

PERIPLECTOMENES.

Vincam animum meum,
Ne malitioſe factum id eſſe abs te arbitrer.
Ignoſcam tibi iſtuc.

SCELEDRUS.

At dii tibi faciant bene.

PERIPLECTOMENES.

Nae tu hercle, ſi te dii ament, linguam comprimes.
Poſthac etiam illud, quod ſcies, neſciveris,
Nec videris, quod videris.

SCELEDRUS.

Bene me mones:

---

564. *Vincam animum meum.* Mihi imperabo, κρατήσω θυμοῦ.

565. *Malitioſe.* Per malitiam, dedita opera.

568. *Etiam illud, quod ſcis, neſciveris.* Ita te componas, vt etiam illa, quae noſti, ita habeas, vt ſi ignores. Donatus ad illud Terent. Eun. IV, 4, 55. *Tu pol ſi ſapis, Quod ſcis neſcis* notat, hoc dictum eſſe vt illa *concordia diſcors* Horat. Epiſt. I, 12, 19. et *ſequitur ſequentem*, ap. Virgilium. Ita etiam Terent. Heaut. IV, 2, 13. *Tu neſcis id, quod ſcis.*

Ita facere certum est. Sed satin' oratus abis?
Nunquid nunc aliud me vis?

PERIPLECTOMENES.

Ne me moveris!

SCELEDRUS.

Dedit hic mihi verba, quam benigne gratiam
Fecit, ne iratus esset! Scio, quam rem gerat:
Vt Miles, cum extemplo a foro adveniat domum,
Domi comprehendat. Vna hic et Palaestrio
Me habent venalem; sensi, et iam dudum scio.

---

570. *Sed satin' oratus abis? Du hast dich aber doch erbitten lassen?*

571. *Ne me moveris.* Sc. amplius i. e. ita te mihi praesta, vt non opus sit, tibi fieri iratum.

572. *Dedit hic mihi verba.* Non serio mihi ignovit, neque ex animo simulat, se mihi ignoscere, vt me imparatum et incautum opprimat. *Gratiam fecit.* Subint. culpae suae peccati i. e. culpam remisit, s. condonavit. v. Trin. II, 2, 95.

576. *Me habent venalem.* Me incautum prodere et fallere cupiunt. Nam vel me habent pro servo recens emto, qui eorum nondum sciat mores. Venales enim nominabantur tales servi.

Nunquam hercle ex ista nassa ego hodie escam petam.
Nam iam aliquo aufugiam, et me occultabo aliquot dies,
Dum hae consilescunt turbae, atque irae leniunt.

---

577. *Nunquam hercle ex ista nassa ego hodie escam petam.* Significat, se domum heri non iturum, vbi futurum sit, vt tamquam piscis capiatur, et vnde periculum virgarum sibi immineure videat. *Nassa*, ait Festus, *est piscatorii vasis genus, quo cum intravit piscis, exire non potest: Fischreuse.*

579. *Dum hae consilescunt turbae.* Dum hae turbae sedantur. Terent. Adolph. V, 2, 10. *Dum hae silescunt turbae. Atque irae leniunt. Leniunt* pro leniuntur: activum pro passivo. Gellius N A. XVIII, 12. *Id quoque habitum in oratione facienda elegantiae genus, vt pro verbis habentibus patiendi figuram, agentia ponerent: ac deinde vice versa haec inter se mutua verterent.* Cicero *terra movet patiendi significatu pro movetur.* Add. Liv. XXXIX, 51. *Mores populi Rom. quantum mutaverint.* Sallust. Jugurth. C. 28. extr. *Mortis metu mutabant.* Cn. Gellius ap. A. Gellium l. c. *Postquam tempestas sedavit.* Virg. Aen. VII, 27. *Cum venti posuere.* Cf. X, 103.

Nam iam nunc satis et plus nimio metui mali.
Veruntamen de me quicquid est, ibo hinc domum.

PERIPLECTOMENES.

Illic hinc abscessit. Sat edepol certo scio,
Occisam saepe sapere plus multo suem,
Cum manducatur, ne id, quod vidit, viderit.
Nam illius oculi atque aures atque opinio

---

583. *Occisam saepe sapere plus multo suem.* Festivus senex ludit in ambigua notione verbi *sapere* (quod a sensu gustus etiam ad animum transfertur.); ex eo, quod sapidissima omnium quadrupedum aestimatur vulgo suilla caro. Subintell. vero, quam iste Sceledrus.

584. *Cum manducatur.* Jocus iterum ex ambiguo. Nam manducatur derivari potest vel a *manducare*, quod est edere, vel, raptim pronunciatur, a *manducere*, quod esset manu ducere: *Cum manducatur* significaret ergo, vel *cum editur*, vel *cum inducatur*, *ad id adducatur*, *da man ihn dahin bringen kann*.

585. *Nam illius oculi — ad nos.* Sententia: Sceledrus nihil videt, nihil audit, nihil opinatur, nisi quod volumus eum videre, audire etc.

Transfugere ad nos. Vsque adhuc actum eſt
probe.
Nimiam feſtivam mulier operam praebuit!
Redeo in ſenatum rurſus: nam Palaeſtrio
Domi nunc apud me, Sceledrus nunc autem
foras.
Frequens ſenatus poterit nunc haberier.
Ibo intro; ne dum abſum, illis obſtito fuam.

---

588. *Redeo in ſenatum rurſus.* Redeo in conſeſſum et locum, vbi conſilium ſine arbitris habere licet i. e. domum meam.

591. *Ne dum abſum, illis obſtito ſuam.* Ne abſentia mea illis obſtito ſim, ne obſtem, ad ea ſc., quae illis ſunt facienda. *Obſtitum* pro obſtaculo, vt *mandatum* a mando, *juſſum* a jubeo et ſimilia.

ACTUS TERTIUS.

SCENA I.

PALAESTRIO. PLEUSIDES. PERIPLECTOMENES.

Palaestrio, Pleusides et Periplectomenes inter se ineunt consilium, quomodo Militem circumveniant, liberentque Philocomasium. Palaestrio proponit, vt ancilla, quae sit forma lepida atque animo callido, in matronarum modum ornaretur, et se Periplectomenis vxorem esse, Militem vero perdite amare et maritum sibi poscere, simulet. Propositio placet caeteris, et nunc quilibet ad partes suas agendas a Palaestrione instruitur. Ab initio vero huius scenae, quae vna est ex longissimis, Periplectomenes, lepidissimus senex, multa profert, de mulieribus, matrimonio etc., quae bene cum coelibis, qualis est Periplectomenes, moribus conveniunt.

PALAESTRIO.

Cohibete intra limen etiam vos parumper, Pleusides.

---

592. *Cohibete vos.* Continete vos, remanete. Haec Palaestrio e domo exiens ad congerrones, quibuscum consilium inire certum est. *Intra limen.* Sc. domus i. e. intra domum, in domo. *Etiam parumper.* Adhuc, *noch ein Weilchen.*

Sinite me prius prospectare, ne vspiam insidiae sient,
Consilium quod habere volumus. Nam opus est nunc tuto loco,
Vnde inimicus ne quis nostris spolia capiat consiliis.
Nam bonum consilium surripitur tibi saepissume;

---

vt Amph. II, 1, 21. Most. II, 2, 43. et Terent. Hec. I. 1, 117. *nondum etiam.* *Pleusides.* Subint. et vos caeteri, Periplectomenes et Philocomasium.

593. *Prospectare.* Curiosius prospicere, circumspicere. *Ne vspiam insidiae sient Consilium* etc. Ne alicubi sit, qui nostra observet consilia. *Concilium* audiendi, *consilium* deliberandi caussa congregatur, v. Ernesti Clav. Cic. s. v. Consilium. Constr. Ne, quod consilium habere volumus, ei vspiam insidiae sint. Id pronomen nimirum reticetur, vt centies alibi. Vel, *ne insidiae sint*, dissoluto per nomen substantivum verbo, positum est pro *ne insidientur*, quod verbum cum dat. et accus. iungitur.

595. *Nostris spolia capiat consiliis.* Nostra spolietur consilia i. e. vtilitatem capiat ex nostris consiliis.

Si minus cum cura aut cate locus loquendi lectus est.
Jam bene consultum, inconsultum est, si inimicis sit vsui:
Neque potest, quin, si id inimicis vsui est, obsit tibi.
Quippe si resciverint inimici consilium tuum,
Tuopte tibi consilio occludunt linguam, et constringunt manus:
Atque eadem, quae illis voluisti facere, faciunt tibi.
Sed speculabor, ne quis aut hinc a laeva, aut a dextera
Nostro consilio venator assit cum auritis plagis.

---

597. *Minus cum cura.* Minori cura, incuriosius. *Minus cate.* Incautius, *ohne hinlängliche Vorsicht.*

598 *Bene consultum inconsultum est.* i. e. male consultum est: fere vt Graec. δῶρα ἄδωρα ap. Sophocl. in Ajace et simil. Capt. II, 1, 26. *Nam doli non doli sunt, nisi astu colas, Sed malum maxumum, si id palam provenit.*

604. *Nostro consilio venator assit cum auritis plagis.* Nostrum consilium auribus captet. *Auritae plagae* sunt retia aures habentia: plagae enim sunt retia, quibus capta implicantur,

Sterilis hinc prospectus vsque ad vltimam plateam est probe.
Evocabo: Heus Periplectomene et Pleusides, progredimini!

PERIPLECTOMENES.

Ecce nos tibi obedienteis,

PALAESTRIO.

Facile est imperium in bonis.
Sed volo scire, eodem consilio, quod meditati intus sumus,
Si gerimus rem.

---

605. *Sterilis hinc prospectus — est probe.* Quoad longissime prospicere queam, locus est ab hominibus purus et vacuus. Sic Horat. Epist. II, 2, 77. dixit *puram plateam*, in qua nulli sunt, qui poetam meditantem obturbent.

606. *Evocabo.* Absolute positum.

607. *Facile est imperium in bonis.* Inter bonos facile est imperare bonis. Nam boni, vt Sallustius loquitur, metuentes magis sunt, quam metuendi, cum contra pessimus quisque asperrime rectorem patiatur.

609. *Si gerimus rem.* An geramus rem, an gerenda nobis videatur res. *Adeo magis vti-*

PERIPLECTOMENES.

Imo: magis adeo ad rem esse vtibile non potest.

PALAESTRIO.

Quid tibi, Pleusides?

PLEUSIDES.

Quodne placet vobis displiceat mihi?
Quis homo sit magis meus, quam tu es?

PERIPLECTOMENES.

Loquere lepide et commode.

PALAESTRIO.

Pol ita decet hunc facere.

---

bile. Vtilius, conducibilius sc. consilium, quod intus meditati sumus.

610. *Quid tibi, Pleusides?* Sc. videtur, vel placet. *Quodne placet vobis displiceat mihi?* Adsentientis vt illud: *Omnia quae tu vis,* Cas. II, 4, 26. et alibi.

611. *Quis homo sit magis meus, quam tu es?* Quis magis in rem meam esse potest, quam tu? Sic *omen nostrum*, quod in rem facit nostram. Cas. III, 1, 74. *Loquere.* Loqueris.

PLEUSIDES.

At hoc me facinus miserum macerat,
Meumque cor corpusque cruciat.

PERIPLECTOMENES.

Quid id est quod cruciat? Cedo.

PLEUSIDES.

Me tibi istuc aetatis homini facinora puerilia
Obiicere, neque te decora, neque tuis virtutibus,
Eaque expetere te ex opibus summis mei honoris gratia,

---

614. *Istuc aetatis homini.* Tantae aetatis homini i. e. tam seni. Merc. II, 2, 19. *Quid tibi ego aetatis videor? Facinora puerilia.* Quae pueros decent.

615. *Obiicere.* Offerre, perpetranda tradere. *Te decora.* Quae te decorant, quae te decent; te digna. *Te decora* dixit per hypallagen pro te digna, cum dictum oportuerit tibi decora.

616. *Eaque expetere.* Eaque cum cupiditate adire, subire. *Ex opibus summis.* Summopere, summa contentione. Merc. I, 2, 14. *Ex summis opibus, viribusque.*

Mihique amanti ire opitulatum, atque ea te facere facinora,
Quae istaec aetas fugere facta magis quam sectari solet.
Eam pudet me tibi in senecta obiicere solicitudinem.

PERIPLECTOMENES.

Novo modo tu homo amas, siquidem te quicquam, quod faxis, pudet:
Nihil amas, vmbra es amantum magis, quam amator, Pleuside.

---

617. *Ire opitulatum.* Opitulari, opem ferre. Periphrasis Plauto valde familiaris e. g. *ire operam datum*, Poen. III, 1, 9. *ire honorem habitum* Cist. I, 1, 4, etc. etc.

619. *Obiicere solicitudinem.* Molestiam afferre.

620. *Faxis.* Facias vel feceris.

621. *Nihil amas.* Non est, quod dicas, te amare. *Umbra es amantum.* Perpauca habes ab amantibus, et vt vmbra tantum formam externam. Sic Menander ap. Plutarch. de Multit. amic. beatum praedicabat eum, qui vel σκιὰν φίλου i. e. *vmbram amici* haberet, et Cato Maior, ap. eundem Plutarchum, reliquos duces nihil esse nisi *vmbras*

PLEUSIDES.

Hanccine aetatem exercére me mei amoris gratia?

PERIPLECTOMENES.

Quid ais tu? Itane tibi ego videor oppido Acheruntiçus,

Tam capularis, tamne tibi diu videor vita vivere?

Nam equidem haud fum annos natus praeter quinquaginta et quattuor;

---

ducum exiftimabat, fi cum Scipione Aemiliano conferrentur.

622. *Hanccine aetatem exercere.* Aequumne eft, me exercere feu defatigare iftam aetatem i. e. te, qui ifta es aetate.

623. *Oppido Acheruntieus.* Valde decrepitus. *Acheruntieus* (verbum Plautinum), decrepitus, et in extrema aetate conftitutus, vt jam ad Acheruntem i. e. inferos, iturus videretur.

624. *Capularis.* Capulo proximus, quem capulus exfpectat, vel *capuli decus*, vt eft Afin. V, 2, 43. *Capulus* vero vel *capulum* veteribus dicitur arca lignea, in qua efferuntur mortui, ex eo quod corpora capiat.

625. *Nam*, vt *enim*, in refponfionibus pofitum παρέλκει.

Clare oculis video, pernix sum manibus, sum pedes mobilis.

PALAESTRIO.

Si albus capillus hic videtur, neutiquam ab ingenio est senex.
Inest in hoc amussitata sua sibi ingenua indoles.

---

626. *Pernix sum manibus.* Manus habeo ad quidvis faciendum expeditas. *Manibus pernix* proprie dictum; est enim *pernix*, secundum Serv. ad Virg. Georg. III, 229. a pernitendo, quod manuum magis, quam pedum est. *Pedes mobilis* Pedibus celer, πόδας ὠκύς.

627. *Si.* Etsi, quamvis. *Ab ingenio.* Quoad ingenium, quoad mores. Truc. IV, 3. 59. *Tamen ab ingenio est improbus.*

628. *Amussitata.* Ad amussim quasi facta, i. e. perfecta, exacta. *Amussis* est regulà fabrorum, quam architecti, cum opus probant, rubrica illinunt, vel, vt explicat Varro, aequamentum laevigatum et tabula quaedam, qua vtuntur fabri ad saxa coaequanda: *Richtschnur*, siue *Richtscheid*. *Sua sibi ingenua indoles.* Proprius et a natura insitus character. *Ingenuus* est naturalis ingenitus; *indoles* autem, proprie est juvenum, et

Sinite me prius prospectare, ne vspiam insidiae sient,
Consilium quod habere volumus. Nam opus est nunc tuto loco,
Vnde inimicus ne quis nostris spolia capiat consiliis.
Nam bonum consilium surripitur tibi saepissume,

---

vt Amph. II, 1, 21. Most. II, 2, 43. et Terent. Hec. I, 1, 117. *nondum etiam.* *Pleusides.* Subaint. et vos caeteri, Periplectomenes et Philocomasium.

593. *Prospectare.* Curiosius prospicere, circumspicere. *Ne vspiam insidiae sient Consilium* etc. Ne alicubi sit, qui nostra obseruet consilia. *Concilium* audiendi, *consilium* deliberandi caussa congregatur, v. Ernesti Clav. Cic. s. v. Consilium. Constr. Ne, quod consilium habere volumus, ei vspiam insidiae sint. Id pronomen nimirum reticetur, vt centies alibi. Vel, *ne insidiae sint*, dissoluto per nomen substantivum verbo, positum est pro *ne insidientur*, quod verbum cum dat. et accus. iungitur.

595. *Nostris spolia capiat consiliis.* Nostra spolietur consilia i. e. vtilitatem capiat ex nostris consiliis.

Si minus cum cura aut cate locus loquendi lectus est,
Jam bene consultum, inconsultum est, si inimicis sit vsui:
Neque potest, quin, si id inimicis vsui est, obsit tibi.
Quippe si resciverint inimici consilium tuum,
Tuopte tibi consilio occludunt linguam, et constringunt manus:
Atque eadem, quae illis voluisti facere, faciunt tibi.
Sed speculabor, ne quis aut hinc a laeva, aut a dextera
Nostro consilio venator assit cum auritis plagis.

---

597. *Minus cum cura.* Minori cura, incuriosius. *Minus cate*, Incautius, *ohne hinlängliche Vorsicht.*

598 *Bene consultum inconsultum est.* i. e. male consultum est: fere vt Graec. δῶρα ἄδωρα ap. Sophocl. in Ajace et simil. Capt. II, 1, 26. *Nam doli non doli sunt, nisi astu colas, Sed malum maxumum, si id palam provenit.*

604. *Nostro consilio venator assit cum auritis plagis.* Nostrum consilium auribus captet. *Auritae plagae* sunt retia aures habentia: plagae enim sunt retia, quibus capta implicantur,

605 Sterilis hinc prospectus vsque ad vltimam plateam est probe.
Evocabo: Heus Periplectomene et Pleusides, progredimini!

PERIPLECTOMENES.

Ecce nos tibi obedienteis.

PALAESTRIO.

Facile est imperium in bonis.
Sed volo scire, eodem consilio, quod meditati intus sumus,
Si gerimus rem.

---

605. *Sterilis hinc prospectus — est probe.* Quoad longissime prospicere queam, locus est ab hominibus purus et vacuus. Sic Horat. Epist. II, 2, 77. dixit *puram plateam*, in qua nulli sunt, qui poetam meditantem obturbent.

606. *Evocabo.* Absolute positum.

607. *Facile est imperium in bonis.* Inter bonos facile est imperare bonis. Nam boni, vt Sallustius loquitur, metuentes magis sunt, quam metuendi, cum contra pessimus quisque asperrime rectorem patiatur.

609. *Si genimus rem.* An geramus rem, an gerenda nobis videatur res. *Adeo magis vti-*

PERIPLECTOMENES.

Imo: magis adeo ad rem eſſe vtibile non poteſt.

PALAESTRIO.

Quid tibi, Pleuſides?

PLEUSIDES.

Quodne placet vobis diſpliceat mihi?
Quis homo ſit magis meus, quam tu es?

PERIPLECTOMENES.

Loquere lepide et commode.

PALAESTRIO.

Pol ita decet hunc facere.

---

bile. Vtilius, conducibilius ſc. conſilium, quod intus meditati ſumus.

610. *Quid tibi, Pleuſides?* Sc. videtur, vel placet. *Quodne placet vobis diſpliceat mihi?* Adſentientis vt illud: *Omnia quae tu vis,* Caſ. II, 4, 26. et alibi,

611. *Quis homo ſit magis meus, quam tu es?* Quis magis in rem meam eſſe poteſt, quam tu? Sic *omen noſtrum,* quod in rem facit noſtram. Caſ. III, 1, 74. *Loquere.* Loqueris.

PLEUSIDES.

At hoc me facinus miserum macerat,
Meumque cor corpusque cruciat.

PERIPLECTOMENES.

Quid id est quod cruciat? Cedo.

PLEUSIDES.

Me tibi istuc aetatis homini facinora puerilia
Obiicere, neque te decora, neque tuis virtutibus,
Eaque expetere te ex opibus summis mei honoris gratia,

---

614. *Istuc aetatis homini.* Tantae aetatis homini i. e. tam seni. Merc. II, 2, 19. *Quid tibi ego aetatis videor? Facinora puerilia.* Quae pueros decent.

615. *Obiicere.* Offerre, perpetranda tradere. *Te decora.* Quae te decorant, quae te decent, te digna. *Te decora* dixit per hypallagen pro te digna, cum dictum oportuerit tibi decora.

616. *Eaque expetere.* Eaque cum cupiditate adire, subire. *Ex opibus summis.* Summopere, summa contentione. Merc. I, 2, 14 *Ex summis opibus, viribusque.*

Mihique amanti ire opitulatum, atque ea te facere facinora,
Quae istaec aetas fugere facta magis quam sectari solet.
Eam pudet me tibi in senecta obiicere solicitudinem.

PERIPLECTOMENES.

Novo modo tu homo amas, siquidem te quicquam, quod faxis, pudet:
Nihil amas, vmbra es amantum magis, quam amator, Pleusides.

---

617. *Ire opitulatum.* Opitulari, opem ferre. Periphrasis Plauto valde familiaris e. g. *ire operam datum*, Poen. III, 1, 9. *ire honorem habitum* Cist. I, 1, 4. etc. etc.

619. *Obiicere solicitudinem.* Molestiam afferre.

620. *Faxis.* Facias vel feceris.

621. *Nihil amas.* Non est, quod dicas, te amare. *Umbra es amantum.* Perpauca habes ab amantibus, et vt vmbra tantum formam externam. Sic Menander ap. Plutarch. de Multit. amic. beatum praedicabat eum, qui vel σκίαν φίλου. i. e. *vmbram amici* haberet, et Cato Major, ap. eundem Plutarchum, reliquos duces nihil esse nisi *vmbras*

PLEUSIDES.

Hanccine aetatem exercere me mei amoris gratia?

PERIPLECTOMENES.

Quid ais tu? Itane tibi ego videor oppido Acheruntieus,
Tam capularis, tamne tibi diu videor vita vivere?
Nam equidem haud sum annos natus praeter quinquaginta et quattuor;

---

ducum existimabat, si cum Scipione Aemiliano conferrentur.

622. *Hanccine aetatem exercere.* Aequumne est, me exercere seu defatigare istam aetatem i. e. te, qui ista es aetate.

623. *Oppido Acheruntieus.* Valde decrepitus. *Acheruntieus* (verbum Plautinum), decrepitus, et in extrema aetate constitutus, vt iam ad Acheruntem i. e. inferos, iturus videretur.

624. *Capularis.* Capulo proximus, quem capulus exspectat, vel *capuli decus*, vt est Asin. V, 2, 43. *Capulus* vero vel *capulum* veteribus dicitur arca lignea, in qua efferuntur mortui, ex eo quod corpora capiat.

625. *Nam, vt enim,* in responsionibus positum παρέλκει.

Clare oculis video, pernix ſum manibus, ſum pedes mobilis.

PALAESTRIO.

Si albus capillus hic videtur, neutiquam ab ingenio eſt ſenex.
Ineſt in hoc amuſſitata ſua ſibi ingenua indoles.

---

626. *Pernix ſum manibus.* Manus habeo ad quidvis faciendum expeditas. *Manibus pernix* proprie dictum; eſt enim *pernix*, ſecundum Serv. ad Virg. Georg. III, 229. a pernitendo, quod manuum magis, quam pedum eſt. *Pedes mobilis* Pedibus celer, πόδας ὠκύς.

627. *Si.* Etſi, quamvis. *Ab ingenio.* Quoad ingenium, quoad mores. Truc. IV, 3. 59. *Tamen ab ingenio eſt improbus.*

628. *Amuſſitata.* Ad amuſſim quaſi facta, i. e. perfecta, exacta. *Amuſſis* eſt regula fabrorum, quam architecti, cum opus probant, rubrica illinunt, vel, vt explicat Varro, aequamentum laevigatum et tabula quaedam, qua vtuntur fabri ad ſaxa coaequanda: *Richtſchnur*, ſiue *Richtſcheid*. *Sua ſibi ingenua indoles.* Proprius et a natura inſitus character. *Ingenuus* eſt naturalis ingenitus; *indoles* autem, proprie eſt juvenum, et

PLEUSIDES.

Pol id quidem experior ita esse, vt praedicas, Palaestrio;
Nam benignitas quidem huius oppido vt adolescentuli est!

PERIPLECTOMENES.

Imo, hospes, magis cum periculum facies, magis noſces meam
Comitatem erga te amantem.

PLEUSIDES.

Quid opus nota noſcere?

PERIPLECTOMENES.

Vt apud te exemplum experiundi habeas, ne petas foris:

ſignificat ſpem, quam ex vultu colligimus virtutis futurae in pueris, quae vocatur χαρακτήρ a Graecis. Gloſſae: *Indoles*, καλὴ ἐλπὶς ἐν νεωτέρῳ.

630. *Benignitas.* Liberalitas.

631. *Cum periculum facies.* Cum experieris.

633. *Vt apud te exemplum* etc. Si quis apud ſe (domi) experiundi habet facultatem, apud alios (foris) quaerere non debet. Vid. vſ. 191. Se-

Nam nisi qui ipse amavit, aegre amantis ingenium inspicit.
At ego amoris aliquantulum habeo humorisque etiam in corpore,
Neque dum exarui ex amoenis rebus et voluptariis.
Vel cavillator facetus, vel conviva commodus
Item ero; neque ego vnquam oblocutor sum alteri in convivio.

---

cunda persona posita est pro tertia infinita, et *vt* pro vbi, quando.

635. *Amoris aliq. habeo humorisque.* *Amoris humorisque* paronomasia. *Humor* h. l. pro sanguine; i. e. vigore, robore. Cf. Merc. III, 2, 7. Bacch. I, 2, 45. vbi *sanguinis plenus* pro robusto.

636. *Neque dum exarui ex* etc. Neque adhuc tam sum arefactus (quod proprie est fenum) vt non capiat amore. Graecis ὠμογέροντες vocantur tales homines, qualem hic se describit Periplectomenes.

637. *Cavillator.* Qui cavilla jaculatur, qui procul ira jocatur et odio. *Conviva commodus.* Convivia ad aliorum mores et ingenium sese accommodans. v. Horat. Od. IV, 8, 6.

638. *Oblocutor.* Adversator in sermone.

Incommoditate abstinere me apud convivas commode,

640. Commemini, et meae orationis iustam partem persequi,

Et meam partem itidem tacere, cum aliena est oratio.

---

639. *Incommoditate abstinere me — commemini.* Ab omni insulsitate, atque etiam rusticitate animum meum abstrahere et retinere scio. *Incommoditatem* dixit τὴν ἀηδίαν i. e. hominum in congressionibus et vitae quotidianae vsu scaevitatem ac sinisteritatem; quibus nihil pensi est, eo esse habitu, eo ornatu, iis moribus, eos denique sermones vsurpare, qui sint jure merito iis, quibuscum versantur, taedio, odio, et (quae fuit veterum superstitio) tanquam mali ominis, execrationi. Ita *commodus* est, qui opponitur τῷ ἀηδεῖ, cujusmodi hominis graphicam exhibet haec scena descriptionem. *Commemini* pro scio, intelligo saepe ap. Nostrum.

640. *Meae orat. justam partem persequi.* Tam diu loqui et sermocinari, quam decet, ne aliis pars sua praeripiatur.

641. *Et meam partem itidem tacere.* Vt Nos: *Ich weiss mein Theil zu reden, und zu schweigen.* Cicero de Offic. Lib. I. extr. *Sit igitur*

Minime sputator, screator sum, itidem minime muccidus,
Post Ephesi sum natus, non in Apulis, non sum in Vmbria.

---

sermo, in quo Socratici maxime excellunt, lenis minimeque pertinax; insit in eo lepos; nec vero tanquam in possessionem suam venerit, excludat alios; sed cum reliquis in rebus, tum in sermone communi vicissitudinem non iniquam. ***Cum aliena est oratio.*** Cum alius loquitur.

642. ***Minime sputator, screator sum.*** *Ich spucke und räkse nicht.* *Sputator* qui saepe spuit, *ausspuckt*, *screator*, qui saepe screat i. e. pituitam, quae in fauces defluxit, cum valido sonu emittit. ***Muccidus***, cui muccus (sordes narium) de naribus fluit. Per haec omnia autem nihil aliud dicere vult, quam se non laborare morbis senum, qui saepe faciunt, vt nos eorum in conviviis taedeat.

643. ***Ephesi sum natus. — in Vmbria.*** Quod Ephesi natum se gloriatur, ideo est, quod civitas ea elegantiis facetiisque inprimis dedita, contra morem Vmbrorum et Apulorum, qui rustici, illepidi, subidique habebantur.

PLEUSIDES.

O lepidum ſenicem! ſi quas memorat, virtutes habet,
Atque equidem plane eductum in nutricatu Venerio!

PERIPLECTOMENES.

Plus dabo, quam praedicabo ex me venuſtatis tibi.
Neque ego vnquam alienum ſcortum ſubigito in convivio,
Neque praeripio pulpamentum, neque praevorto poculum,

---

644. *Senicem.* Senem, ἀρχαϊκῶς.

645. *Eductum in nutr. Venerio.* Educatum et enutritum a Venere, vel apud Venerem, quae omnium venuſtatum eſt dea.

647. *Subigito.* *Subigitare* (frequent. a *ſubigere*) eſt licentius et nequitius attrectare, quod in Clitophone filio reprehendit Chremes Terent. Heaut. III, 3, init.

648. *Pulpamentum.* Cibus ex pulpa leporis: vnde ap. Terent. Eun. III, 1, 36. proverbium: *Lepus tute es, et pulpamentum quaeris. Praevorto poculum.* Praeoccupo, praeripio poculum, antequam mihi miniſtratum ſit.

Neque per vinum unquam ex me exoritur dissidium in convivio,
Si quis ibi est odiosus, abeo domum, sermonem segrego:
Venerem, amorem, amoenitatemque accubans exerceo.

PLEUSIDES.

Tui quidem edepol omnis mores ad venustatem valent.
Cedo treis mihi homines aurichalco contra cum istis moribus.

---

649. *Per vinum.* Per ebrietatem. *Dissidium.* Discordia, dissensio.

650. *Odiosus.* Molestus convivis. *Sermonem segrego.* Finem loquendi facio. Poen. I, 2, 136. *Segrega sermonem. Taedet!*

651. *Amorem amoenitatemque accubans exerceo.* Amorem exerceo amoenum, vel cum femina amoena.

652. *Ad venustatem valent.* Vel venusti sunt, vel te faciunt venustum. Cic. Catil. III, 29. *Ad gloriam haec res mihi valet.*

653. *Cedo treis mihi* etc. Da mihi tres istis moribus praeditos; et ego tibi aequi ponderis orichalcum dabo. *Aurichalco contra* pro aequi pon-

PALAESTRIO.

At quidem illuc aetatis qui ſit, non invenies alterum
Lepidiorem ad omnes res, nec magis qui amicus amico ſiet.

PERIPLECTOMENES.

Tute me vt fateare, faciam eſſe adoleſcentem moribus;

---

deris aurichalco. *Contra* enim in comparationibus eleganter vſurpatur pro *ſi contra appendatur*, metaphora a lance momentanea deſumta, in qua appendebatur aes: nam quod praeponderat, id *contra* eſſe, h. e. ἀντιῤῥώπειν dicebant. Curc. I, 3, 45. *Auro contra cedo modeſtum amatorem. Aurichalcum* vero, metallum, vt vult Scaliger ad Feſtum, commentitium, apud Veteres, auro excellentius habebatur. Serv. ad Aen. XII, 87. *Apud majores Orichalcum*, (quod idem eſt) *pretioſius omnibus metallis fuit.* Cf. Beckmann ad Ariſtot. Auscult. mirab. C. 50. p. 98. et C. 63. p. 132.

654. *Illuc aetatis qui ſit.* Illa aetate qui ſit, vt ſupra 614

656. *Tute me vt fateare, faciam* etc. Ordo et ſenſus: Faciam, vt tu fatearis, me eſſe adoleſcentem moribus, i. e. quoad mores. Sunt

Ita apud omnes comparebo tibi res benefactis frequens:
Opusne erit tibi advocato tristi, iracundo? Ecce me.
Opus leni? Leniorem dices, quam mutum est mare.
Liquidiusculusque ero, quam ventus est Favonius.
Vel hilarissumum convivam hinc indidem expromam tibi,

---

enim fere senes tristes, morbosi, iracundi, difficiles etc., quod aliter est in adolescentibus.

657. *Ita apud omnes comparebo* etc. Ita ad omnes res, vel in omnibus rebus comparebo tibi benefactis meis et comitate frequens i. e. ostendam me tibi plenum comitatis, valde vtilem.

659. *Leniorem dices, quam mutum est mare.* Hyperbole: Tranquilliorem me habebis, quam mare, quod a ventis non concitatur. *Muto* mari opponitur *tumultuosum.* Hor. Od. III, 1. 26.

660. *Liquidiusculusque ero, quam* etc. Aliquanto serenior, quam ventus est Favonius s. Zephyrus, qui est, vt Boreas, αἰθρηγενέτης, serenitatis genitor.

661. *Vel hilar. conv. hinc indidem expromam tibi.* Vel hilarissimus conviva idem

Vel primarium parasitum, atque obsonatorem optumum:

Tum ad saltandum non cinaedus malacus aeque est atque ego.

PALAESTRIO.

Quid ad illas artes optassis, si optio eveniat tibi?

---

ego tibi ero. *Hinc indidem expromam* i. e. ex eodem loco, quo sc. advocatus tristis vel lenis erat, tibi proferam. Metaphora.

662. *Primarium parasitum.* Eximium, praecipuum parasitum. *Parasitus* h. l. servus a cibo, cui eligendarum epularum cura mandata est. *Obsonatorem.* Obsoniorum emtorem. Casaub. ad Theophr. p. 123 sq. Erat obsonari officium olim servorum ἀγοραστῶν s. obsonatorum, quorum Athen. Lib. IV. et Senec. Ep. 47. meminerunt. Cf. Ejusd. Animadv. ad Athen. p 624.

663. *Cinaedus malacus.* Saltator s. pantomimus mollis et delicatus. *Cinaedus*, ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὰ κῶλα, saltator, maxime ap. Veteres, teste Nonio in v. Cinaedus: *malacus* vero, gr. μαλακός, mollis et delicatus.

664. *Optassis.* Optaveris.

PLEUSIDES.

Huius pro meritis vt referri pariter poſſit gratia,
Tibique, quibus nunc me eſſe experior ſummae ſollicitudini.
At tibi tanto ſumtui eſſe mihi moleſtum eſt.

PERIPLECTOMENES.

Morus es.
Nam in mala vxore atque inimico ſi quid ſumas, ſumptus eſt:
In bono hoſpite atque amico, quaeſtus eſt, quod ſumitur:
Et quod in diuinis rebus ſumas, ſapienti lucro eſt.

---

665. *Referri.* Sc. a me.

667. *At tibi tanto ſumtui* etc. Pleuſides a Palaeſtrione ad Periplectomenem ſe conuertit. *Morus es.* Stultus es. *Morus*, vox graeca, μῶρος, qua et alibi vtitur Plautus, non ſemel.

668. *Si quid ſumas.* Si quid inſumas, impendas.

670. *Sapienti lucro eſt.* Quaeſtus eſt ſapientis judicio.

Deum virtute vt euntem hospitem accipiam,
apud me est comitas.
Es, bibe, animo obsequere mecum, atque onera
te hilaritudine.
Liberae sunt aedis: liber sum autem ego: me
vti volo libere.

---

671. *Deûm virtute.* Deorum auxilio, et benignitate. Vult, tantum sibi superesse bonorum benignitate deorum, vt non gravatim praetereuntes hospitio excipere possit. Sic loquebantur Veteres, cum suam virtutem extenuare, suaque minora facere, diis autem omnia accepta referre, et deorum erga se beneficentiam amplificare vellent, ne res secundas et bene gestas sibi tribuendo in deos ingrati esse viderentur, sibique iratos redderent. Archiloch. in Brunck. Anal. I, 43. τοῖς θεοῖς τίθει τὰ πάντα. Trin. II, 2, 65. *Edepol deûm dicam, pater, et majorum, et tua, Multa bona bene parta habemus.* *Apud me est comitas.* Meo judicio est comitas.

672. *Es* pro ede. *Animo obsequere mecum.* Indulge genio apud me, *lass dir wohl bei mir seyn.* *Opera te hilaritudine.* Totus hilaris esto. Cf. Capt. IV, 2, 47. et Stich. IV, 1, 27.

673. *Liberae sunt aedis.* Sc. meae. *Liber sum autem ego.* *Autem* in media collo-

Nam mihi, deum virtute dicam, propter divitias meas
Licuit vxorem dotatam genere summo ducere: 675
Sed nolo mihi oblatratricem in aedis intromittere.

PLEUSIDES.

Cur non vis? Nam procreare liberos lepidumst onus.

---

catum sententia vim habet copulandi. *Me vti volo libere.* Volo, vt quisque me et meis libere vtatur. *Vti aliquo* et *vti seipso* peraeque dicunt Latini. Vid. Horat. Ep. I, 12, 22. I, 17, 13. et Noster Capt. IV, 4, 12., quem tamen locum aliter explicat Gronovius.

676. *Oblatratricem.* Oblocutricem, quae mihi canis instar oblatraret, et obloqueretur, vt malae vxores solent.

677. *Lepidumst onus.* Onus quidem, sed cui multa inest dulcedo. Vt supra vs. 672. verbo *onerare* vsus est de re jucunda, ita h. l. nomine *onus.* Eurip. Herc. fur. 518. ὦ νεῖτας μοὶ φίλον ἄχθος, et Tertull. liberos appellat *amarissimam voluptatem.*

PERIPLECTOMENES.

Hercle vero, liberum esse, id multo est lepidius.

PALAESTRIO.

Tute homo et alteri sapienter potis es consulere, et tibi.

PERIPLECTOMENES.

Nam bona vxor, si ea deducta est cuipiam vsquam gentium,
Vbi eam possim invenire? Verum egone eam ducam domum,
Quae mihi nunquam hoc dicat: „Eme, mi vir, lanam, vnde tibi pallium
„Malacum et calidum conficiatur, tunicaeque hibernae bonae,

---

678. *Liberum esse.* Jocatur in verbis *liberum esse* et *liberos procreare.*

680. *Si ea deducta est cuipiam.* Si vnquam cuipiam contigit, talem deducere, de quo dubito. *Deducere* proprium verbum, cum nova nupta ad novum maritum adducitur. Tibull. El. III, 4. 31. *Vt juveni primum virgo deducta marito Inficitur teneras, ore rubente, genas.* Cf. Caf. II, 8. 56 Terent. Hecyr. I, 2, 60. *Vsquam gentium.* *Irgendwoher,* quocunque ex loco, a quavis regione.

Ne algeas hac hieme?" Hoc nunquam verbum ex vxore audias:
Verum priusquam galli cantent, quae me somno suscitet,
Dicat: „Da mihi, vir, Calendis meam quod matrem iuverit:
„Da qui faciat, da qui condiat: da quod dem quinquatribus.

---

685. *Priusquam galli cantent.* Ante lucem, ante diem.

686. *Calendis.* Sc. Martiis. Calendas omnes Junoni tributas, vt et Idus omnes Jovi, docet Macrob. Saturn. I, 9. Hinc Juno *Calendaris* dicta. Sed Martiis Calendis *Junoni*, praecipue *Matronae*, sacrificabant, vt is annus ab exordio totus eis felix esset et faustus, et in partu et amore conjugali; atque etiam munera sibi invicem missitare solebant. Et haec festa *Matronalia*, (Martiali V, 86. *Saturnalia muliebria*) dicebantur. *Meam quod matrem juverit.* Meae quod matri voluptati futurum sit, quod ipsi placeat.

687. *Da qui faciat, da qui condiat.* Da factorem, da coquum: Factor enim facit, coquus condit. *Quinquatribus.* Diebus festis Minervae. Erant Romae festa Minervae, vt Athenis παναθηναῖα, *quinquatrus* sive *quinquatria* dicta, vel

„Praecantrici, coniectrici, hariolae atque aru-
spicae:
„Flagitium est, si nihil mittetur, quo supercilio
spicit!

---

quod *quinque diebus* continuis, vel quod post *diem quintum* Iduum Martii i. e. XIV Cal. Aprilis, celebrarentur. Dicata autem Quinquatria Minervae, quod eodem die aedes ejus in Aventino consecrata fuerint. Ovidius Fast. III, 809 sqq. et vocis originem notat, et qua ratione celebrarentur. Idem vero etiam innuit Fast. VI, 651., fuisse minores quinquatrus, et quo celebrabantur, ritum describit.

688. *Praecantrici. Praecantrix*, quae profitetur, se carminibus et incantamentis, quibus plurimum superstitiosi veteres tribuebant, vel accersere mala hominibus vel expellere posse. Vid. Porphyr. ad Horat. Od. I, 27, 21. *Conjectrici.* Quae significationem somniorum interpretatur. *Conjicere* enim *somnium* est explicare, somnium interpretari. Curc. II, 2. 5. *Mane sis, dum hic conjicio somnium.* *Hariolae.* Quae fata hominum aperit, *Wahrsagerin. Aruspicae. Aruspica* foem. Plautinum, i. q. aruspex.

689. *Flagitium est.* Turpe facinus est. *Quo supercilio spicit.* Quam irata est, *wie schielt sie über die Nase.* Superciliis indicantur motus et

„Tum piatricem clementer non potest, quin munerem.

„Jampridem, quia nihil abstulerit, succenset geraria.

---

sensus animi. Plin. Hist. Nat. XI, 37. *Supercilia homini et pariter et alterne mobilia; et in iis pars animi. Negamus, annuimus. Haec maxime indicant fastum* etc. *Supercilia tollere* signum esse voluit Catullus LXV, 46. irati hominis, et qui malum alicui minaretur: Diphilus vero eadem nota vsus est, cum tristem hominem significare vellet. *Spicere* vel *specere* i. q. adspicere.

690. *Tum piatricem clementer — munerem.* Tum non potest, si clementer agere volumus, fieri, quin piatricem aliquo munere donem. *Piatrix* aliis nominibus saga vel simpulatrix appellabatur, eiusque partes erant, die infantis lustrico s. nominali, quo nomen illi indebatur, et quem veteres ὀνομαστήρια vocabant, lustrationes facere. Graecis dicebantur ἀπομάκτριαι vel περιμάκτριαι. De ritibus, quibus recens nati lustrabantur, v. Casaub. ad Pers. Sat. II, 32. *Clementer non potest, quin* dictum est vt *honeste non potest, quin.*

691. *Quia nihil abstulerit.* Quia nihil a me acceperit. *Geraria*, ancilla, quae gerit pueros (Graec. ὠλανοτρόφος) eosque assidue gestitando nutricat.

„Tum obstetrix expostulavit mecum, parum missum sibi.
„Quid? Nutrici non missurus quicquam, qui vernas alit?“
Haec atque huius similia, alia damna multa mulierum,
Me vxore prohibent, mihi quae huius similes sermones ferat.

PALAESTRIO.

Dii tibi propitii sunt hercle: nam si istam semel amiseris
Libertatem, haud facile te in eundem rursus restitues locum.

---

693. *Non missurus quicquam.* Sc. es. *Vernas.* Natos ex ancillis civium Romanorum. v. Böttiger ad Horat, Od. III, 23, 7.

695. *Me vxore prohibent.* Me ab vxore ducenda deterrent. *Sermones ferat.* Fundat, quasi ferendo spargat.

696. *Dii tibi propitii sunt hercle.* Fortunatus es. Contra dicimus, *deos esse alicui iratos*, cum significamus, eum esse miserum atque infelicem.

PLEUSIDES.

At illa laus est, magno in genere et in divitiis maxumis,
Liberos hominem educare, generi monumentum et sibi.

PERIPLECTOMENES.

Quando habeo multos cognatos, quid opus sit mihi liberis?
Nunc bene vivo et fortunate, atque vt volo, atque animo vt lubet:
Mea bona mea morte cognatis dicam, inter eos partiam.
Illi apud me edunt, me curant, visunt quid agam, ecquid velim.
Prius quam lucet, assunt, rogitant: noctu vt somnum ceperim?
Eos pro liberis habeo, quin mihi mittunt munera.
Sacrificant? dant inde partem mihi maiorem, quam sibi:

---

699. *Generi monumentum et sibi.* Qui generis sui, suique ipsius memoriam servabit.

704. *Priusquam lucet.* Ante diem. *Lucere* i. q. diem esse. *Somnum ceperim.* Dormiverim.

706. *Sacrificant? dant inde* etc. Si sa-

Abducunt ad exta: me ad ſe, ad prandium, ad coenam vocant.
Ille miſerrimum ſe retur, minimum qui miſit mihi.
Illi inter ſe certant donis; at ego haec mecum muſſito:
Bona mea inhiant; certatim nutricant et munerant.

---

crificant, dant mihi e ſacrificio vel victima immolata etc. Notum eſt, convivia rem ſacram ſolita olim comitari; aut ſi convivium celebrare nollent, e victima partes ad amicos mittere Theocrit. V, 139. καὶ τὺ δὲ θύσας Ταῖς Νύμφαις, Μόρσωνι καλὸν κρέας αὐτίκα πέμψον i. e. *tu ergo ſacrificans Nymphis, Morſoni de bona carne ſtatim mitte.*

707. *Abducunt ad exta.* Sacrificiorum exta intelligit, quae Virg. Aen. VIII, 183. *exta luſtralia* vocat, quorum partem reddebant, partem in epulatione comedebant, cui vero adhibebantur tantum cariſſimi.

710. *Bona mea inhiant.* *Sie ſchnappen nach meinem Vermögen.* Tralatio eſt a feris, praedam inhiantibus. *Certatim nutricant et munerant.* Subint. ideo. *Darum füttern und beſchenken ſie mich um die Wette.*

PALAESTRIO.

Nimis bona ratione: nimisque aperta tu multum vides;
Et, tibi sunt gemini, et trigemini, si te bene habes, filii.

PERIPLECTOMENES.

Pol, si habuissem, satis cepissem miseriarum liberis:
Censerem emori; cecidissetne ebrius, aut de equo uspiam:
Metuerem, ne ibi defregisset crura aut cervices sibi.

---

711. *Nimis bona ratione*, faciunt sc. illi; h. e. valde callide quidem agunt illi. *Nimisque aperta tu multum vides.* Sed et tu acute vides, quid velint, quo tendant: nimis apertum enim est.

713. *Si habuissem* etc. Si haberem liberos, satis miseriarum caperem ex illis, ob illos. Cf. Terent. Adelph. V, 4, 13.

714. *Censerem emori* etc. Censerem me identidem mori angorem morti similem sentire, assidue cogitans, cecidissetne ebrius aut de equo uspiam. Talis proponitur Micio ap. Terent. Adelph. I, 1, 10.

PALAESTRIO.

Huic homini dignum est; divitias esse, et diu vitam dari,
Qui et rem servat, et qui bene habet, suisque amicis est volup.

PLEUSIDES.

O lepidum caput! ita me dii deaeque ament, aequom fuit
Deos paravisse, vno exemplo ne omnes vitam viverent.
Sicuti merci pretium statui pro virtute vt veneat,

---

716. *Huic homini dignum est, divitias* etc. Dignus est hic homo, qui dives sit, atque diu vivat.

719. *Aequom fuit paravisse* etc. Aequum fuit, deos ita paravisse, vt non omnes vno modo viverent: sed viri boni, comes, liberales essent locupletes, fortunati et longaevi; homines contra improbi, incommodi et illiberales essent egentes, infortunati et brevis vitae.

720. *Sicuti merci pretium statui.* Repetendum ἀπὸ κοινοῦ *aequum fuit. Pro virtute.* Pro dignitate.

Quae improba est, pro mercis vitio dominum pretio pauperet;
Itidem divos dispertisse vitam humanam aequom fuit.
Qui lepide ingeniatus esset, vitam longinquam darent:
Qui improbi essent et scelesti, iis adimerent animam cito.
Si hoc paravissent, homines essent minus multi mali,
Et minus audacter scelesta facerent facta: et postea
Qui probi homines essent, esset his annona vilior.

---

721. Sensus: Et vt, quae improba est merx, et nullius pretii, etiam pro vitio dominum pretio privat: *dass schlechte Waare schlecht bezahlt werde.*

722. *Itidem.* Ita quoque. *Dispertisse aequum fuit.* Aequum fuisset distribuisse, vel distribuere.

723. *Lepide ingeniatus.* Lepido ingenio praeditus, probus. Ab *ingenio* est *ingeniari*, vt ab *auxilio auxiliari.*

727. *Qui probi homines essent, esset etc.* Quasi dicat: Si dii longam vitam viris bonis

PERIPLECTOMENES.

Qui deorum consilia culpet, stultus inscitusque sit,
Quique eos vituperet. Nunc iam istis rebus desisti decet:
Nunc volo obsonare, vt, hospes, tua te ex virtute et mea
Meae domi accipiam benigne, lepide, et lepidis victibus.

PLEUSIDES.

Nihil me poenitet, iam quanto sumtui fuerim tibi.

---

dedissent, brevem improbis; futurum fuisse, vt esset rerum ad victum necessariarum proventus vilior. Plane huic geminum est adagium Belgarum: Si homines insulsi et inspidi pane non vescerentur, vilis esset annona.

729. *Istis rebus desisti decet.* Decet nos, his rebus desistere, supersedere.

730. *Obsonare.* Obsonium emere s. parare. *Tua ex virtute et mea.* Vti tu dignus es, et me decet.

732. *Nihil me poenitet jam, quanto* etc. Q. d. Magno jam sumtui tibi fui; non est, quod obsones, meque lepidis victibus accipias. Nihil

Nam hospes nullus tam in amici hospitium di-
vorti potest,
Quin vbi triduum continuum fuerit, iam odi-
osus fiet.
Verum vbi dies decem continuos interest do-
mum illius,
Tametsi dominus non invitus patitur, servi
murmurant.

PERIPLECTOMENES.

Servientes servitute ego servos introduxi mihi,
Hospes, non qui mihi imperarent, quibus ego
essem obnoxius.

---

me poenitet, non parum mihi videtur. Sic Donatus illud Terent. Eun. V, 7, 11. *an poenitebat flagitii* interpretatur *an parum videtur*.

733. *Nam hospes nullus tam* etc. Nam hospes nullus ad tam amicum hominem deverterit, quin, quae mox narrat, experiatur.

734. *Quin vbi triduum* etc. Nos: *Ein dreitägiger Gast ist dem Wirth eine Last.*

738. *Quibus ego essem obnoxius.* Nec opibus ego essem subditus. *Obnoxius*, qui alteri (quacunque in re) morem gerit. v. Westerhov. ad Terent. Hec. III, 1, 22.

Si illis aegre est, mihi quod volupe est, meo remigio rem gero.
Tamen id quod odio est, faciendum est cum malo atque ingratiis.
Nunc, quod occepi, obsonatum pergam.

PLEUSIDES.

Si certum est tibi,

---

739. *Si illis aegre est — rem gero.* Si illis molestum est id, quod mihi jucundum est et placet, illis tamen parendum est, cum meae sint potestatis. *Meo remigio* i. e. meis remigibus, qui mihi dicto audientes esse coguntur.

740. *Cum malo atque ingratiis.* Sc. eorum i. e. velint, nolint. *Ingratiis* ablativus est adverbialiter positus. Cas. II, 5, 7. *Vobis invitis, atque amborum ingratiis.* Merc. II, 4, 11. *tuis ingratiis.*

741. *Quod occepi.* Quo intendi, quo ire volui. *Quod* pro *quo*: sustinendo versui interjectum est *d*. *Obsonatum pergam.* Obsonatum ibo. *Obsonare* est obsonium emere; per *obsonium* vero intelliguntur edulia, quae cum pane comeduntur, maxime pisces, quare etiam *piscatus* et *obsonium* ἰσοδύναμα sunt Plauto. Bacch. I, 1, 63 et 69. *Si certum est tibi.* Si non aliter placet.

Cum modo tu obſona, nec magno ſumptu: mihi
quidvis ſat eſt.

PERIPLECTOMENES.

Quin tu iſtanc orationem hinc veterem atque
antiquam amoves:
Nam proletario ſermone nunc quidem, hospes,
utere.

---

742. *Cum modo tu obſona, nec magno ſumtu.* *Cum modo*, i. e. modice, ad copiam pertinet obſonii; *modus* enim vocatur quicquid inter nimium et parum finitur: *non magno ſumtu* ad vilitatem. Merc. V, 4, 62. *Quod emo ſiqt modo.* Cf. Pſeud. I, 2, 50. Terent. Heaut. IV, 5, 7.

743. *Quin tu amoves.* Amove tu. *Quin* mandantis eſt et indignantis. Caſ. IV, 1, 7. *Quin agitis hodie, quin datis, ſi quid datis.* Ter. Andr. II, 2, 9. *Quin tu hoc audi!* *Orationem veterem atque antiquam*, Orationem, quae noſtro non convenit tempori, obſoletam et pervulgatam. Aeſch. Prom. 517. Ἀρχαῖ' ἴσως σοι φαίνομαί λέγειν τάδε, *Antiqua* i. e. ſtulta et obſoleta, *fortaſſe haec tibi videbuntur, quae dicturus ſum*

744. *Proletario.* Plebejo, vulgari. *Proletarii* ſ. *proletanei*, qui nihil in rem conferebant praeter prolem, iidemque tenuiſſimi in plebe Romana.

Nam hi solent, quando accubuere, vbi coena apposita est, dicere:
„Quid opus fuit hoc sumptu tanto nostra gratia?
„Insanivisti hercle; nam idem hoc hominibus sat erat decem."
Quod eorum caussa obsonatum est, culpant; at comedunt tamen.

PALAESTRIO.

Fit pol illud ad illud exemplum. Vt docte et perspecte sapit!

PERIPLECTOMENES.

Sed iidem homines nunquam dicunt, quanquam appositum est ampliter:

---

747. *Insanivisti hercle.* *Insanire* (gr. μαίνεσθαι) dicuntur ii, qui nimis magnos sumtus faciunt, et *insania* vsurpari solet pro immoderato sumtu. Cf. Ernesti ad Cic. Verr. II, 4, 19.

749. *Fit pol illud ad id exemplum.* *Das pflegt wohl so zu geschehen.* *Vt docte* etc. Haec secum Palaestrio.

750. *Appositum est ampliter.* Triclinaria sunt *apponere* et παρατιθέναι. v. Pseud. III, 2, 26. Trin. II, 4, 69. pro quo est *anteponere* Men. II, 2, 1. *Ampliter*, copiose.

„Jube illud demi; tolle hanc patinam; remove
pernam; nihil moror:
„Aufer illam offam penitam; probus hic conger
frigidus;
„Remove, abi, aufer!" Neminem eorum haec
asseverare audias;

---

751. *Remove pernam, nihil moror.* V. vf. 280. *Perna, der Schweinschinken.*

752. *Offam penitam.* Fruftum, vel abfegmen carnis porcinae cum cauda. *Offa* h. l. pro frufto carnis, v. Jo. Britann. ad Juven. I, 33. et *penitus*, a penis i. e. cauda, cum cauda, caudatus. *Probus hic conger frigidus.* Supple, erit. Servetur hic conger in diem craftinum: nam frigidus erit boni faporis. Perf. I, 3. 30. *Meminit vt muraena et conger ne calefierent: Nam nimio melius oppectuntur frigida.* Conger vero vel *congrus* (graece γογγρός) piscis in deliciis habitus, maxime ex Sicyone advectus. v. Plin. H. N. IX, 16 et 62. Ariftot. Hift. Anim. VI, 17. et Lud. Nonium de Re Cibar. III, 29.

753. *Remove, abi, aufer.* Κλίμαξ ἀσύνδετος, vt illa Terent. Adelph. III, 4, 36. *Abduce, vinci, quaere.* *Asseverare.* Serio dicere.

Sed procellunt ſe, et procumbunt dimidiati, dum appetunt.

PALAESTRIO.

Bonus bene ut malos deſcripſit mores!

PERIPLECTOMENES.

Haud centeſimam
Partem dixi, atque, otium rei ſi ſit, poſſim expromere.

PALAESTRIO.

Igitur id, quod agitur, hic, primum praevorti decet.
Nunc huc animum advortite ambo. Mihi opus eſt opera tua,

---

754. *Sed procellunt ſe et procumbunt dimidiati.* Dum ſuperiore toto corpore; nam id vult *dimidiati* (*mit halbem Leibe*), procumbunt, ac proni imminent iis, quae poſita longiuscule forte ſunt, prae nimio appetendi ſtudio ſe veluti procellunt. *Dum appetunt. Appetere* eſt cupide et vehementer petere, imo et invadere.

756. *Expromere.* Proponere, enarrare.

757. *Igitur id, quod* etc. Cum ergo rei non ſit otium, id, de quo hic agitur, omnibus anteponendum, ante omnia curandum eſt.

Periplectomene: nam ego inveni lepidam sycophantiam,
Qui admutiletur Miles vsque caesariatus, atque vti
Huic amanti ad Philocomasium hanc efficiamus copiam,
Vt hic eam abducat, abeatque.

---

759. *Sycophantiam.* Dolum Sycophantarum, fallaciam: *Sycophantae* enim impostores, fucum hominibus facientes. De origine vocis v. Schol. Aristoph. in Plut. 31. coll. Polluc. VI, 36 et VIII, 6.

760. *Qui admutiletur* etc. Qua sycophantia Miles, quamquam bene capillatus, vsque ad cutem tondeatur. Habet *vsque* emphasin quandam in magno temporis vel loci spatio. *Admutilare* de tonsura vt Capt. II, 2, 19. Verba vero *tondendi* proprie significationem habentia, fere vt Nostrum *schêren* vel *balbiren*, non ita infrequenter vsurpantur pro *decipere* vel *in fraudem inducere.* Cf. infra vs. 874.

761. *Atque vti huic* etc. Atque vt amanti nostro Philocomasii faciamus copiam. *Copia ad aliquid* est *copia alicuius.*

PERIPLECTOMENES.

Dari istanc rationem volo.

PALAESTRIO.

At ego mihi annulum dari istum tuum volo.

PERIPLECTOMENES.

Quam ad rem vsui est?

PALAESTRIO.

Quando habebo, igitur rationem mearum fabricarum dabo.

PERIPLECTOMENES.

Vtere, accipe.

PALAESTRIO.

Accipe a me rursum rationem doli
Quam institui.

---

762. *Dari istanc rationem volo.* Volo mihi exponi, qua ratione id fieri possit.

764. *Quando habebo, igitur etc.* Cum habebo, postea rationem fallaciarum mearum tibi reddam s. exponam.

PLEUSIDES.

Perpurgatis ambo damus tibi operam auribus.

PALAESTRIO.

Herus meus ita magnus moechus mulierum est, vt neminem
Fuisse adaeque, neque futurum credam.

PERIPLECTOMENES.

Credo ego istuc idem.

PALAESTRIO.

Itaque Alexandri praestare praedicat formam suam;

---

766. *Perpurgatis auribus.* Animo intelligente, docto, mente attenta. *Aures* pro animo; *purgatae* autem *aures*, vel *purae* attribuuntur hominibus intelligentibus, vt contra *aures obesae* stupidis. v. Pers. Sat. V, 63. Horat. Ep. I, 1, 7. Prop. El. II, 13. Calpurn. Ecl. IV, 52.

767. *Moechus mulierum.* Moechus simpl. vel Amator mulierum. Pleonastice dictum est *moechus mulierum*, vt *nemo homo*, *mens animi* etc.

769. *Itaque Alexandri praestare* etc. Itaque formam suam formae Paridis praestare prae-

Itaque omnis se vltro sectari in Epheso memorat mulieres.

PLEUSIDES.

Edepol, quid de isto multa? Scio te non mentiriar.

PERIPLECTOMENES.

Et ego ita esse, vt dicis, teneo pulchre. Proin, Palaestrio,
Quam potes, tam verba confer maxume ad compendium.

---

dicat. Paridis pulchritudo vel vnius Homeri testimonio satis testata est.

770. *Itaque omnis — mulieres.* Amphibolia. Sensus autem est: Itaque efficit, mulieres omnes etiam non rogatas, neque vocatas ad se venire et se appetere. *Sectari* in obscoenis amoribus passim est, et a venatione verbum translatum esse videtur. v. infr. 977. Alio ex fonte verbi significationem derivat Donatus ad Phorm. I, 2, 36. Cf. infr. v. 1098.

772. *Proin Palaestrio* etc. Proinde, Palaestrio, quam maxime potes, tam maxime fac verborum compendium, συντέμνε λόγον. Most. I, 3, 57. *Orationis operam compendi fac.*

PALAESTRIO.

Ecquam tu potes reperire forma lepida mulierem,
Cui fallaciarum cor corpusque sit plenum et doli?

PERIPLECTOMENES.

Ingenuamne, an libertinam?

PALAESTRIO.

Aequi istuc facio, dummodo
Eam des, quae sit quaestuosa, quae alat corpus corpore:
Cuique sapiat pectus: nam cor non potest, quod nulla habet.

---

774 *Ecquam.* Num aliquam.

775. *Cui fallaciarum cor corpusque* etc. Quae tota vel omnis plena sit fallac.

776. *Aequi istuc facio.* Mihi tantidem est, nil mea refert.

777. *Quaestuosa.* Aliis *quaestuaria* dicta, quae studet quaestui h. l. quae quaestum facit corporis sui. Gloss. *quaestuaria* πρακτικὴ πόρνη. v. Ter. Andr. I, 1, 52. et ibi Lindenbruchium et Westerhovium.

778. *Nam cor non potest.* Sc. sapere. Quasi

PERIPLECTOMENES.

Lautam vis, an quae nondum sit lauta?

PALAESTRIO.

Siccam, succidam,
Quam lepidissimam potes, quamque adolescentem maxume.

---

dicat: Recte dixi, cui sapiat pectus, non cor: quasi omnes mulieres sint excordes et amentes. Cf. Most. I, 2, init.

779. *Lautam vis, an quae nondum sit lauta.* I. e. meretricem, an virginem? *Lauta* est vel elegans, munda, vel Lucinam experta: nam a partu lavationibus multum ytebantur. v. Amph. II, 2, 37. Terent. Andr. III, 2, 3. *Siccam succidam.* Oxymori speciem habent, quae hic respondet Palaestrio: Intelligit autem per *siccam* gracilem, quales esse in puellis amabant Graeci; et per *succidam*, succi plenam, succulentam: *succum* enim Latini vocant, quem Graeci ὑγρότητα. Apulej. Metam. II. *Inenormis proceritas, succulenta gracilitas, rubor temperatus.* Cf. Terent. Eun. II, 3, 26. Ovid. Metam. III, 397. Hieronym. Ep. ad Paulum Concord. *Dentes candidi, vox sonora, corpus solidum et succi plenum.*

PERIPLECTOMENES.

Habeo eccillam meam clientam, meretricem adolescentulam.

Sed quid ea vſus eſt?

PALAESTRIO.

Vt ad te eam iam deducas domum, Vtique eam huc ornatam adducas in matronarum modum, Capite compto crines vittasque habeat, aſſimuletque ſe

---

781. *Eccillam.* Ecce illam; de abſente, quae tamen in vicinia. Amph. Prol. 120. Aul. IV, 10, 51. etc. *Clientam.* Clientem. v. Rud. IV, 1, 2. Poen. V, 4, 7. Cf. infra vſ. 904.

782. *Sed quid ea vſus eſt?* Sed ad quid ea opus eſt?

784. *Crines vittas que habeat.* Ornatus matronarum. *Crines* h. l. pro plectis crinium, *Haarzöpfe, Flechten*, crinibus autem, poſituque comarum matronae antiquitus diſcretae ab innuptis: implexi capilli matronarum, virginum puerorumque cirri et cincinni, v. Lipſius ad Tac. Annal. III, 7. De *vittis*, quibus praeſertim vtebantur matronae et virgines ingenuae v. Brouckh. ad Tibull. El. I, 6, 67.

Tuam eſſe vxorem. Ita praecipiendum eſt.

PLEUSIDES.

Erro, quam inſiſtas viam.

PALAESTRIO.

At ſcietis. Sed ecqua ancilla eſt illi?

PERIPLECTOMENES.

Eſt prime cata.

PALAESTRIO.

Ea quoque opus eſt. Ita praecipito mulieri, atque ancillulae,
Vt ſimulet ſe tuam eſſe oxorem, et deperire hunc Militem;

---

785. *Erro, quam inſiſtas viam.* Non intelligo, quo intendas iter, i. e. quod ſit conſilium tuum. Pacuvius Atalanta: *Dubito, quam inſiſtam viam.*

786. *Eſt. illi.* Sc. clientae Periplectomenis. *Prime cata.* Apprime i. e. inprimis, prae ceteris callida, docta. v. Donat. ad Ter. Andr. V, 2, 24. et Moſt. I, 3, 29. *Prime* Latinis pro egregie, vt *prime proba* ap. Naevium in Acontizomeno.

788. *Deperire.* Perdite amare.

Quasique hunc annulum faveae suae dederit, ea porro mihi,
Militi vt darem; quasique ego rei sim interpres.

PERIPLECTOMENES.

Audio:
Ne me surdum verbera.

PALAESTRIO.

Tu si audis, ego recte dabo
Militi: a tua mi vxore dicam delatum et datum;

---

789. *Annulum.* In sponsionibus olim annuli dati. Plin. H. N XXXIII, 1. *Ad sponsiones etiam nunc annulo prosiliente. Faveae.* Ancillae. Glossa: *Favea* παιδίσκη· *faveus*, παῖς.

790. *Interpres.* Mediator, μεσίτης.

791. *Ne me surdum verbera.* Proverbii speciem habet. Sensus: Bene audio, non opus est, mihi, vt surdo, eadem iterare verba. Cf. Terent. Andr. II, 2, 11. Adelph. I, 2, 33 *Ne me obtundas de hac re saepius:* vbi Donatus: *Obtundere* est aliquid saepe odiose repetere. Poen. I, 3, 26. *Pergin' aures tundere? Recte.* Vel recta via, vt ap. Ter. Eun. II, 3, 50. vel caute, vt non sit metuendum, ne non recuperari possit. *Dabo.* Sc. annulum.

O 2

Vt sese ad eum conciliarem. Ille eiusmodi est: cupiet miser,
Qui, nisi adulterio, studiosus rei nullae aliae est, improbus.

PERIPLECTOMENES.

Non potuit reperire, si ipsi Soli quaerendas dares,

---

793. *Vt sese ad eum conciliarem.* Vt eam Militi conciliarem. *Conciliandi* vox ambigua: nam et de nuptiis legitimis, et de lenocinio dicitur. Sic Sueton. Caes. L, 4. *Existimatur Servilia filiam suam Tertiam Caesari conciliasse.* *Eiusmodi est.* Vt Nos: *er ist der Art.* *Cupiet miser.* Misere i. e. valde, vehementer cupiet. Horat. Od. III, 28, 3. *promo strenua* pro strenue. Eurip. Hel. 1248. χρονία ἦλθες pro χρονίως, *tarde.*

794. *Qui nisi adulterio — aliae est.* Qui nil aliud magis cupit, quam adulterium. *Studere* vel *studiosum esse* pro cupere vt Bacch. II, 2, 42. Pseud. I, 5, 108. *Nullae* antiq. pro nulli; *studiosus est* vero vt verbum *studet* cum datiuo constr.

795. 96. *Non potuit reperire* etc. Si ipsi Soli (cui tamen nil est obscurum et absconditum) puellas lepidas quaerendas dares, non posset lepidiores duas ad hoc negotium, quod agimus, repe-

Lepidiores duas ad hançce rem, quam ego.
Habe animum bonum!

PALAESTRIO.

Ergo accurato et properato opus eſt. Nunc tu
ausculta, Pleuſides!

PLEUSIDES.

Tibi ſum obediens.

PALAESTRIO.

Hoc facito: Miles domum vbi
advenerit

Memineris, ne Philocomaſium nomines.

PLEUSIDES.

Quam nominem?

---

rire, quam ego dabo. Stich. I, 2, 58. *Meliorem neque tu reperies, neque ſol videt.* *Habe bonum animum.* His dictis abit Senex.

797. *Ergo accurato et properato opus eſt.* Opus eſt, vt cum cura et ſine mora rem geras. Cic. pro Mil. Cap. 19. *Properato opus eſt.* Salluſt. Catil. princ. *Conſulto opus eſt.* Ter. Hec. III, 4, 17. *transcurſo opus eſt.*

799. *Ne Philocomaſium nomines.* Sc. amaſiam tuam. *Quam nominem?* Quo nomine vocem.

PALAESTRIO.

Glyceram.

PLEUSIDES.

Nempe eandem, quae dudum constituta est.

PALAESTRIO.

Pax, abi!

PLEUSIDES.

Meminero: sed quid meminisse id refert? Ego te tamen —

PALAESTRIO.

Ego enim dicam tum, quando vsus poscet: interea tace.

---

800. *Glyceram. Glycera* vel *Glyceria* appositum meretriculae nomen a *dulcedine* (γλυκερὸς enim *dulcis*) dictum. *Nempe eandem, quae* etc. Nempe eodem sc. nomine, quod ipsi modo constitutum est. Philocomasium enim verum, Glycera vero fictitium erat puellae nomen. *Pax, abi! Pax*, interjectio graeca (πάξ), silentium sibi aut alteri imponentis, opposito ad os digito. Terent, Heaut. IV, 3, 39. *Pax! nihil amplius.*

801. *Ego te tamen* — Oratio abrupta. Suppl. vero *sequar*, vel simile quid.

802. *Ego enim dicam.* Sc. quid meminisse id referat.

Vt nunc etiam hic agit, actutum partes defendas tuas.

PLEUSIDES.

Ego eo intro igitur.

PALAESTRIO.

Et praecepta sobrie vt cures, face.

---

803. *Vt nunc etiam hic* etc. Sensus: Nunc agendum est nobis; mihi tibique. Vt nunc ego, inquit, ad partes meas abeo tuendas, ita et tu sine mora partes defende tuas, vel vicem tuam exple, vt loquitur Tacitus. *Hic* δεικτικῶς pro *ego*, vt Tibull. Eleg. II, 6, 7. *erit hic quoque miles Ipse*, pro *ego quoque ero*. Heaut. II, 3, 115. *Tibi erunt parata verba; huic homini*, i. e. mihi, *verbera*. *Actutum*, adverb. comicum, i. q. confestim, sine dilatione.

804. *Sobrie*. Vigilanter, attente. Pers. IV, 3, init. *Si quam rem accures sobrie aut frugaliter Solet illa recte sub manus succedere.*

PERIPLECTOMENES.

Lautam vis, an quae nondum sit lauta?

PALAESTRIO.

Siccam, succidam,

Quam lepidissimam potes, quamque adolescentem maxume.

---

dicat: Recte dixi, cui sapiat pectus, non cor: quasi omnes mulieres sint excordes et amentes. Cf. Most. I, 2, init.

779. *Lautam vis; an quae nondum sit lauta.* I. e. meretricem, an virginem? *Lauta* est vel elegans, munda, vel Lucinam experta: nam a partu lavationibus multum ytebantur. v. Amph. II, 2, 37. Terent. Andr. III, 2, 3. *Siccam succidam.* Oxymori speciem habent, quae hic respondet Palaestrio: Intelligit autem per *siccam* gracilem, quales esse in puellis amabant Graeci; et per *succidam*, succi plenam, succulentam: *succum* enim Latini vocant, quem Graeci ὑγρότητα. Apulej. Metam. II. *Inenormis proceritas, succulenta gracilitas, rubor temperatus.* Cf. Terent. Eun. II, 3, 26. Ovid. Metam. III, 397. Hieronym. Ep. ad Paulum Concord. *Dentes candidi, vox sonora, corpus solidum et succi plenum.*

PERIPLECTOMENES.

Habeo eccillam meam clientam, meretricem adolescentulam.

Sed quid ea vſus eſt?

PALAESTRIO.

Vt ad te eam iam deducas domum,

Vtique eam huc ornatam adducas in matronarum modum,

Capite compto crines vittasque habeat, aſſimuletque ſe

---

781. *Eccillam.* Ecce illam; de abſente, quae tamen in vicinia. Amph. Prol. 120. Aul. IV, 10, 51. etc. *Clientam.* Clientem. v. Rud. IV, 1, 2. Poen. V, 4, 7. Cf. infra vſ. 904.

782. *Sed quid ea vſus eſt?* Sed ad quid ea opus eſt?

784. *Crines vittasque habeat.* Ornatus matronarum. *Crines* h. l. pro plectis crinium, *Haarzöpfe, Flechten*, crinibus autem, poſituque comarum matronae antiquitus discretae ab innuptis: implexi capilli matronarum, virginum puerorumque cirri et cincinni, v. Lipſius ad Tac. Annal. III, 7. De *vittis*, quibus praeſertim vtebantur matronae et virgines ingenuae v. Brouckh. ad Tibull. El. I, 6, 67.

Tuam esse vxorem. Ita praecipiendum est.

PLEUSIDES.

Erro, quam insistas viam.

PALAESTRIO.

At scietis. Sed ecqua ancilla est illi?

PERIPLECTOMENES.

Est prime cata.

PALAESTRIO.

Ea quoque opus est. Ita praecipito mulieri, atque ancillulae,
Vt simulet se tuam esse oxorem, et deperire hunc Militem;

---

785. *Erro, quam insistas viam.* Non intelligo, quo intendas iter, i. e. quod sit consilium tuum. Pacuvius Atalanta: *Dubito, quam insistam viam.*

786. *Est illi.* Sc. clientae Periplectomenis. *Prime cata.* Apprime i. e. inprimis, prae ceteris callida, docta. v. Donat. ad Ter. Andr. V, 2, 24. et Most. I, 3, 29. *Prime* Latinis pro egregie, vt *prime proba* ap. Naevium in Acontizomeno.

788. *Deperire.* Perdite amare.

Quasique hunc annulum faveae suae dederit, ea porro mihi,
Militi vt darem; quasique ego rei sim interpres.

PERIPLECTOMENES.

Audio:
Ne me surdum verbera.

PALAESTRIO.

Tu si audis, ego recte dabo
Militi: a tua mivxore dicam delatum et datum,

---

789. *Annulum.* In sponsionibus olim annuli dati. Plin. H. N XXXIII, 1. *Ad sponsiones etiam nunc annulo prosiliente. Faveae.* Ancillae. Glossa: *Favea* παιδίσκη· *faveus*, παῖς.

790. *Interpres.* Mediator, μεσίτης.

791. *Ne me surdum verbera.* Proverbii speciem habet. Sensus: Bene audio, non opus est, mihi, vt surdo, eadem iterare verba. Cf. Terent. Andr. II, 2, 11. Adelph. I, 2, 33 *Ne me obtundas de hac re saepius:* vbi Donatus: *Obtundere* est aliquid saepe odiose repetere. Poen. I, 3, 26. *Pergin' aures tundere? Recte.* Vel recta via, vt ap. Ter. Eun. II, 3, 50. vel caute, vt non sit metuendum, ne non recuperari possit. *Dabo.* Sc. annulum.

Vt sese ad eum conciliarem. Ille eiusmodi est:
cupiet miser,
Qui, nisi adulterio, studiosus rei nullae aliae
est, improbus.

PERIPLECTOMENES.

Non potuit reperire, si ipsi Soli quaerendas
dares,

---

793. *Vt sese ad eum conciliarem.* Vt eam Militi conciliarem. *Conciliandi* vox ambigua: nam et de nuptiis legitimis, et de lenocinio dicitur. Sic Sueton. Caes. L, 4. *Existimatur Servilia filiam suam Tertiam Caesari conciliasse.* *Eiusmodi est.* Vt Nos: *er ist der Art.* *Cupiet miser.* Misere i. e. valde, vehementer cupiet. Horat. Od. III, 28, 3. *promo strenua* pro strenue. Eurip. Hel. 1248. χρονία ἦλθες pro χρονίως, *tardè.*

794. *Qui nisi adulterio — aliae est.* Qui nil aliud magis cupit, quam adulterium. *Studere* vel *studiosum esse* pro cupere vt Bacch. II, 2, 42. Pseud. I, 5. 108. *Nullae* antiq. pro nulli; *studiosus est* vero vt verbum *studet* cum datiuo constr.

795. 96. *Non potuit reperire* etc. Si ipsi Soli (cui tamen nil est obscurum et absconditum) puellas lepidas quaerendas dares, non posset lepidiores duas ad hoc negotium, quod agimus, repe-

Lepidiores duas ad hancce rem, quam ego.
Habe animum bonum!

PALAESTRIO.

Ergo accurato et properato opus est. Nunc tu ausculta, Pleuside!

PLEUSIDES.

Tibi sum obediens.

PALAESTRIO.

Hoc facito: Miles domum vbi advenerit
Memineris, ne Philocomasium nomines.

PLEUSIDES.

Quam nominem?

---

rire, quam ego dabo. Stich. I, 2, 58. *Meliorem neque tu reperies, neque sol videt.* *Habe bonum animum.* His dictis abit Senex.

797. *Ergo accurato et properato opus est.* Opus est, vt cum cura et sine mora rem geras. Cic. pro Mil. Cap. 19. *Properato opus est.* Sallust. Catil. princ. *Consulto opus est.* Ter. Hec. III, 4, 17. *transcurso opus est.*

799. *Ne Philocomasium nomines.* Sc. amasiam tuam. *Quam nominem?* Quo nomine vocem.

PALAESTRIO.

Glyceram.

PLEUSIDES.

Nempe eandem, quae dudum constituta est.

PALAESTRIO.

Pax, abi!

PLEUSIDES.

Meminero: sed quid meminisse id refert? Ego te tamen —

PALAESTRIO.

Ego enim dicam tum, quando vsus poscet: interea tace.

---

800. *Glyceram.* *Glycera* vel *Glyceria* appositum meretriculae nomen a *dulcedine* (γλυκερὸς enim *dulcis*) dictum. *Nempe eandem, quae* etc. Nempe eodem sc. nomine, quod ipsi modo constitutum est. Philocomasium enim verum, Glycera vero fictitium erat puellae nomen. *Pax, abi!* *Pax*, interjectio graeca (πάξ), silentium sibi aut alteri imponentis, opposito ad os digito. Terent. Heaut. IV, 3, 39. *Pax! nihil amplius.*

801. *Ego te tamen* — Oratio abrupta. Suppl. vero *sequar*, vel simile quid.

802. *Ego enim dicam.* Sc. quid meminisse id referat.

Vt nunc etiam hic agit, actutum partes defendas tuas.

PLEUSIDES.

Ego eo intro igitur.

PALAESTRIO.

Et praecepta ſobrie vt cures, face.

---

803. *Vt nunc etiam hic* etc. Senſus: Nunc agendum eſt nobis; mihi tibique. Vt nunc ego, inquit, ad partes meas abeo tuendas, ita et tu ſine mora partes defende tuas, vel vicem tuam exple, vt loquitur Tacitus. *Hic* δεικτικῶς pro *ego*, vt Tibull. Eleg. II, 6, 7. *erit hic quoque miles Ipſe*, pro *ego quoque ero*. Heaut. II, 3, 115. *Tibi erunt parata verba; huic homini*, i. e. mihi, *verbera*. *Actutum*, adverb. comicum, i. q. confeſtim, ſine dilatione.

804. *Sobrie*. Vigilanter, attente. Perſ. IV, 1, init. *Si quam rem accures ſobrie aut frugaliter Solet illa recte ſub manus ſuccedere.*

Itaque omnis se vltro sectari in Epheso memorat mulieres.

PLEUSIDES.

Edepol, quid de isto multa? Scio te non mentiri.

PERIPLECTOMENES.

Et ego ita esse, vt dicis, teneo pulchre. Proin, Palaestrio,

Quam potes, tam verba confer maxume ad compendium.

---

dicat. Paridis pulchritudo vel vnius Homeri testimonio satis testata est.

770. *Itaque omnis — mulieres.* Amphibolia. Sensus autem est: Itaque dicit, mulieres omnes etiam non rogatas, neque vocatas ad se venire et se appetere. *Sectari* in obscoenis amoribus passim est, et a venatione verbum translatum esse videtur. v. infr. 977. Alio ex fonte verbi significationem derivat Donatus ad Phorm. I, 2, 36. Cf. infr. v. 1098.

772. *Proin Palaestrio* etc. Proinde, Palaestrio, quam maxime potes, tam maxime fac verborum compendium, συντέμνε λόγον. Most. I, 1, 57. *Orationis operam compendi fac.*

PALAESTRIO.

Ecquam tu potes reperire forma lepida mulierem,
Cui fallaciarum cor corpusque sit plenum et doli?

PERIPLECTOMENES.

Ingenuamne, an libertinam?

PALAESTRIO.

Aequi istuc facio, dummodo
Eam des, quae sit quaestuosa, quae alat corpus corpore:
Cuique sapiat pectus: nam cor non potest, quod nulla habet.

---

774 *Ecquam.* Num aliquam.

775. *Cui fallaciarum cor corpusque etc.* Quae tota vel omnis plena sit fallac.

776. *Aequi istuc facio.* Mihi tantidem est, nil mea refert.

777. *Quaestuosa.* Aliis *quaestuaria* dicta, quae studet quaestui h. l. quae quaestum facit corporis sui. Gloss. *quaestuaria* πρακτικὴ πόρνη. v. Ter. Andr. I, 1, 52. et ibi Lindenbruchium et Westerhovium.

778. *Nam cor non potest.* Sc. sapere. Quasi

PERIPLECTOMENES.

Lautam vis, an quae nondum fit lauta?

PALAESTRIO.

Siccam, fuccidam,
Quam lepidiffimam potes, quamque adolescentem maxume.

---

dicat. Recte dixi, cui fapiat pectus, non cor: quafi omnes mulieres fint excordes et amentes. Cf. Moft. I, 2, init.

779. *Lautam vis, an quae nondum fit lauta.* I. e. meretricem, an virginem? *Lauta* eft vel elegans, munda, vel Lucinam experta: nam a partu lavationibus multum ytebantur. v. Amph. II, 2, 57. Terent. Andr. III, 2, 3. *Siccam fuccidam.* Oxymori fpeciem habent, quae hic refpondet Palaeftrio: Intelligit autem per *ficcam* gracilem, quales effe in puellis amabant Graeci; et per *fuccidam*, fucci plenam, fucculentam: *fuccum* enim Latini vocant, quem Graeci ὑγρότητα. Apulej. Metam. II. *Inenormis proceritas, fucculenta gracilitas, rubor temperatus.* Cf. Terent. Eun. II, 3, 26. Ovid. Metam. III, 397. Hieronym. Ep. ad Paulum Concord. *Dentes candidi, vox fonora, corpus folidum et fucci plenum.*

PERIPLECTOMENES.

Habeo eccillam meam clientam, meretricem adolescentulam.
Sed quid ea vsus est?

PALAESTRIO.

Vt ad te eam iam deducas domum,
Vtique eam huc ornatam adducas in matronarum modum,
Capite compto crines vittasque habeat, assimuletque se

---

781. *Eccillam.* Ecce illam; de absente, quae tamen in vicinia. Amph. Prol. 120. Aul. IV, 10, 51. etc. *Clientam.* Clientem. v. Rud. IV, 1, 2. Poen. V, 4, 7. Cf. infra vs. 904.

782. *Sed quid ea vsus est?* Sed ad quid ea opus est?

784. *Crines vittasque habeat.* Ornatus matronarum. *Crines* h. l. pro plectis crinium, *Haarzöpfe, Flechten*, crinibus autem, posituque comarum matronae antiquitus discretae ab innuptis: implexi capilli matronarum, virginum puerorumque cirri et cincinni, v. Lipsius ad Tac. Annal. III, 7. De *vittis*, quibus praesertim vtebantur matronae et virgines ingenuae v. Brouckh. ad Tibull. El. I, 6, 67.

Tuam esse vxorem. Ita praecipiendum est.

PLEUSIDES.

Erro, quam insistas viam.

PALAESTRIO.

At scietis. Sed ecqua ancilla est illi?

PERIPLECTOMENES.

Est prime cata.

PALAESTRIO.

Ea quoque opus est. Ita praecipito mulieri, atque ancillulae,
Vt simulet se tuam esse oxorem, et deperire hunc Militem;

---

785. *Erro, quam insistas viam.* Non intelligo, quo intendas iter, i. e. quod sit consilium tuum. Pacuvius Atalanta: *Dubito, quam insistam viam.*

786. *Est illi.* Sc. clientae Periplectomenis. *Prime cata.* Apprime i. e. imprimis, prae ceteris callida, docta. v. Donat. ad Ter. Andr. V, 2, 24. et Most. I, 3, 29. *Prime* Latinis pro egregie, vt *prime proba* ap. Naevium in Acontizomeno.

788. *Deperire.* Perdite amare.

Quasique hunc annulum faveae suae dederit, ea porro mihi,
Militi vt darem; quasique ego rei sim interpres.

PERIPLECTOMENES.

Audio:
Ne me surdum verbera.

PALAESTRIO.

Tu si audis, ego recte dabo
Militi: a tua mi vxore dicam delatum et datum;

---

789. *Annulum.* In sponsionibus olim annuli dati. Plin. H. N XXXIII, 1. *Ad sponsiones etiam nunc annulo prosiliente.* *Faveae.* Ancillae. Glossa: *Favea* παιδίσκη· *faveus*, παῖς.

790. *Interpres.* Mediator, μεσίτης.

791. *Ne me surdum verbera.* Proverbii speciem habet. Sensus: Bene audio, non opus est, mihi, vt surdo, eadem iterare verba. Cf. Terent. Andr. II, 2, 11. Adelph. I, 2, 33 *Ne me obtundas de hac re saepius:* vbi Donatus: *Obtundere* est aliquid saepe odiose repetere. Poen. I, 3, 26. *Pergin' aures tundere? Recte.* Vel recta via, vt ap. Ter. Eun. II, 3, 50. vel caute, vt non sit metuendum, ne non recuperari possit. *Dabo.* Sc. annulum.

Vt sese ad eum conciliarem. Ille eiusmodi est: cupiet miser,
Qui, nisi adulterio, studiosus rei nullae aliae est, improbus.

PERIPLECTOMENES.

Non potuit reperire, si ipsi Soli quaerendas dares,

---

793. *Vt sese ad eum conciliarem.* Vt eam Militi conciliarem. *Conciliandi* vox ambigua: nam et de nuptiis legitimis, et de lenocinio dicitur. Sic Sueton. Caes. L, 4. *Existimatur Servilia filiam suam Tertiam Caesari conciliasse.* *Eiusmodi est.* Vt Nos: *er ist der Art.* *Cupiet misfer.* Misere i. e. valde, vehementer cupiet. Horat. Od. III, 28, 3. *promo strenua* pro strenue. Eurip. Hel. 1248. χρονία ἦλθες pro χρονίως, *tarde.*

794. *Qui nisi adulterio — aliae est.* Qui nil aliud magis cupit, quam adulterium. *Studere* vel *studiosum esse* pro cupere vt Bacch. II, 2, 42. Pseud. I, 5, 108. *Nullae* antiq. pro nulli; *studiosus est* vero vt verbum *studet* cum dativo constr.

795. 96. *Non potuit reperire* etc. Si ipsi Soli (cui tamen nil est obscurum et absconditum) puellas lepidas quaerendas dares, non posset lepidiores duas ad hoc negotium, quod agimus, repe-

Lepidiores duas ad hancce rem, quam ego.
Habe animum bonum!

PALAESTRIO.

Ergo accurato et properato opus est. Nunc tu
ausculta, Pleusides!

PLEUSIDES.

Tibi sum obediens.

PALAESTRIO.

Hoc facito: Miles domum vbi
advenerit
Memineris, ne Philocomasium nomines.

PLEUSIDES.

Quam nominem?

---

rire, quam ego dabo. Stich. I, 2, 58. *Meliorem neque tu reperies, neque sol videt.* *Habe bonum animum.* His dictis abit Senex.

797. *Ergo accurato et properato opus est.* Opus est, vt cum cura et sine mora rem geras. Cic. pro Mil. Cap. 19. *Properato opus est.* Sallust. Catil. princ. *Consulto opus est.* Ter. Hec. III, 4, 17. *transcurso opus est.*

799. *Ne Philocomasium nomines.* Sc. amasiam tuam. *Quam nominem?* Quo nomine vocem.

PALAESTRIO.

Glyceram.

PLEUSIDES.

Nempe eandem, quae dudum constituta est.

PALAESTRIO.

Pax, abi!

PLEUSIDES.

Meminero: sed quid meminisse id refert? Ego te tamen —

PALAESTRIO.

Ego enim dicam tum, quando vsus poscet: interea tace.

---

800. *Glyceram. Glycera* vel *Glyceria* appositum meretriculae nomen a *dulcedine* (γλυκερὸς enim *dulcis*) dictum. *Nempe eandem, quae* etc. Nempe eodem sc. nomine, quod ipsi modo constitutum est. Philocomasium enim verum, Glycera vero fictitium erat puellae nomen. *Pax, abi!* *Pax*, interjectio graeca (πάξ), silentium sibi aut alteri imponentis, opposito ad os digito. Terent. Heaut. IV, 3, 39. *Pax! nihil amplius.*

801. *Ego te tamen* — Oratio abrupta. Suppl. vero *sequar*, vel simile quid.

802. *Ego enim dicam.* Sc. quid meminisse id referat.

Vt nunc etiam hic agit, actutum partes defendas tuas.

PLEUSIDES.

Ego eo intro igitur.

PALAESTRIO.

Et praecepta ſobrie vt cures, face.

---

803. *Vt nunc etiam hic* etc. Senſus: Nunc agendum eſt nobis; mihi tibique. Vt nunc ego, inquit, ad partes meas abeo tuendas, ita et tu ſine mora partes defende tuas, vel vicem tuam exple, vt loquitur Tacitus. *Hic* δεικτικῶς pro *ego*, vt Tibull. Eleg. II, 6, 7. *erit hic quoque miles Ipſe*, pro *ego quoque ero*. Heaut. II, 3, 115. *Tibi erunt parata verba; huic homini*, i. e. mihi, *verbera*. *Actutum*, adverb. comicum, i. q. confeſtim, ſine dilatione.

804. *Sobrie.* Vigilanter, attente. Perſ. IV, 1, init. *Si quam rem accures ſobrie aut frugaliter Solet illa recte ſub manus ſuccedere.*

SCENA II.

Palaestrio. Lucrio.

Sceledro edormiente hesternam crapulam, Lucrio subcustos Philocomasii, aliquo in urbem mittitur a Philocomasio, vt ipsa interim conveniat Pleusidem apud Periplectomenem. Hic Lucrio occurrit Palaestrioni, Sceledrum quaerenti, et dum eum, in gratiam Philocomasii et Pleusidis remoratur, Palaestrio, ex eo cognoscit, quid factum sit Sceledro, et quid agat Philocomasium. Ideo vero instituta est haec scena vt intelligant spectatores, nil mali amplius a Sceledro esse verendum.

Palaestrio.

Quantas res turbo! Quantas moveo machinas!
Eripiam ego hodie concubinam Militi,
Si centuriati bene sunt manipulares mei.

---

805. *Quantas moveo machinas.* *Welche Getriebe setz' ich in Bewegung.* Sic κλέκειν μηχανὰς ap. poetas graecos positum reperitur.

806. *Eripiam ego hodie conc. Militi.* Ter. Adelph. Prol. 8. *qui lenoni eripit Meretricem.*

807. *Si centuriati bene sunt manip. mei.* Si copiae meae, milites mei sub centurione (cuius erat milites instruere) bene instructi et ad

Sed illum vocabo. Heus Sceledre, nisi negotium,
Progredere ante aedis: te voco Palaestrio.

LUCRIO.

Non operae est Sceledro.

PALAESTRIO.

Quid iam?

LUCRIO.

Sorbet dormiens.

PALAESTRIO.

Quid, sorbet?

---

pugnam parati sunt. *Centuriare* proprie est in centurias distribuere milites.

808. *Nisi negotium,* so. est tibi i. e. nisi occupatus es.

809. *Te voco Palaestrio.* Ego Palaestrio te voco.

810. *Non operae est Sceledro.* Sceledrus non est vacuus, Sceledrus non potest cuiquam operam dare. Truc. IV, 4, 30. *Operae vbi mihi erit, ad te venero. Quid jam?* Quare? *Sorbet dormiens.* Alludit Lucrio voce *sorbet* ad compotationem illam Sceledri. *Sorbere* enim i. q. bibere.

LUCRIO.

Illud ſtertit volui dicere.
Sed quia conſimile eſt, quod ſtertas, quaſi ſorbeas —

PALAESTRIO.

Eho, an dormit Sceledrus intus?

LUCRIO.

Non naſo quidem:
Nam eo magnum clamat. Tetigit calicem; clanculum

---

811. *Illud ſtertit volui dicere.* Quaſi inepto vſus fuiſſet vocabulo, aliud ſubſtituit: *volui dicere* enim ſolemne in correctionibus. *Stertere* eſt dormiendo ſtrepitum per nares emittere.

812. *Sed quia conſimile* etc. Oratio abrupta. Plena eſſet: Sed quia conſimilia fere ſunt ſtertere et ſorbere, idcirco dixi ſtertentem Sceledrum ſorbere.

813. *Non naſo quidem.* Dormit, ſed non naſo. Iuven. I, 51. *doctus ſpectare lacunar Doctus et ad calicem vigilanti ſtertere naſo.*

814. *Magnum clamat.* Magnum clamorem tollit, *macht einen groſsen Lärm.* *Tetigit calicem.* Exhauſit calicem. Ἐλάττωσις.

Demisit nardini amphoram cellarius,

PALAESTRIO.

Eho tu sceleste, qui illi suppromus es, eho!

LUCRIO.

Quid vis?

---

815. *Clanculum demisit.* Clam deorsum misit vel traxit. Explicandum hoc ex more seculi prisci, quo *testas* i. e. cados, dolia, amphorasque cortice et pice superne obstrictas signoque herili obsignatas in editiore vinariae loco collocabant; vnde necessum erat de summo petere, si quis corticem adstrictum pice (vt est ap. Horat. Od. III, 8, 9.) dimovere cuperet. v. Cortius de vsu orthogr. lat. Cap. III. §. 13. *Nardini.* *Nardinum* absolute pro nardino vino, vt *murrhinum* pro murrha condito. *Vinum nardinum* vero, quod nardo vel vnguento nardino conditum est. Veteres enim odoratis delectabantur vinis, ideoque (vt Theophrastus auctor) vnguenta miscebant vino, idque nonnulli in compotatione ipsa subito faciebant, alii autem jam ante sic medicatum et curatum habebant. *Cellarius.* Cellae vinariae profectus.

816. *Suppromus.* Promus secundarius, primo substitutus.

PALAESTRIO.

Qui libitum est illi condormiscere?

LUCRIO.

Oculis opinor.

PALAESTRIO.

Non te istuc rogito, scelus.
Procede huc: periisti iam, nisi verum scio.
Promsisti tu illi vinum?

LUCRIO.

Non promsi.

PALAESTRIO.

Negas?

LUCRIO.

Nego hercle vero: nam ille me vetuit dicere.
Neque ego quidem heminas octo expromsi in vrceum;

---

817. *Qui libitum est.* Ambigua significatione vel qua parte, vel qua re, quam ob rem?

818. *Oculis opinor.* Respondet, quasi quaesierit Palaestrio, qua parte corporis dormierit. Merc. I, 2, 71. *Qui potuit eam videre? Ac. Oculis.*

822. *Heminas.* Hemina dimidia pars sextarii, *ein halb Nösel, ein Quartierchen.* *Vrceum.* Vr-

Neque ille hic calidum exbibit in prandium.

PALAESTRIO.

Neque tu bibisti?

LUCRIO.

Dii me perdant, si bibi,
Si bibere potui.

PALAESTRIO.

Qui iam?

LUCRIO.

Quia enim obsorbui.

---

ceus vas fictile, ad aquam continendam et capiendam proprie factum et paratum, quod circiter vnam capiebat heminam.

823. *Neque ille hic calidum* etc. Sensus ambiguus. Esse enim potest vel, et nego, illum exbibisse has octo heminas in calidum prandium i. e. vt sint ipsi pro calido prandio v. Poen. III, 5. 14. vel, et nego, illum subita exbibisse has heminas. *Calidum exbibit* pro subito exbibit. Epid. I, 2, 39. *Huic homini opus est quadraginta minis celeriter calidis* i. e. celerrimis, quam celerrime.

825 *Obsorbui.* Raptim et vno quasi spiritu exsorbui.

Nam nimis calebat, amburebat gutturem.

PALAESTRIO.

Bono fuppromo et promo cellam creditam!
Alii ebrii funt, alii poscam potitant.

LUCRIO.

Tu idem hercle faceres, fi tibi effet credita:
Quoniam aemulari non licet, nunc invides.

PALAESTRIO.

Eho an nunquam promfit antehac? — Refpon-
de, fcelus!
Atque ut tu fcire poffis, edico tibi,

---

826. *Calebat.* Calidum erat. Alludit ad *calidum* vf. 823., quafi proprie fumfiffet hocce verbum. *Gutturem.* *Guttur* ap. Vett. gen. masc. et neutr.

827. *Bono fuppromo* etc. Subint. *o!* admirantis per ironiam.

828. *Alii ebrii funt, alii poscam potitant.* Senfus: Alii fervorum ebrii funt, alii inebriantur. poscam bibentes. *Posca* vinum tenue et acidum pro vili plebecula vaenire folitum: et ficuti *esca* pro cibis, fic *posca* pro potibus antiquitus vfurpata eft.

Si falſa dixis, cocio, excruciabere.

LUCRIO.

Ita vero, vt tu ipſe me dixiſſe delices,
Poſtea ſagina ego eiiciar cellaria,
Vt tibi qui promtet, alium ſuppromum pares.

---

833. *Dixis.* Dixeris. *Cocio.* Convicium, vt videtur, in fraudulentos et mendaces, de cuius origine et ſignificatione proprie dubitatur. Gloſſae: *Cocio*, ἑψέτης· *auricoctor*, χρυσεψέτης. Vſurpavit eandem dictionem Plautus Aſin. I, 3, 51. vbi vid. Gronovius.

834 — 36. *Ita vero, vt tu ipſe* etc. Sententia: Tu vero ita me jubes rem omnem tibi aperire, vt dictites conſervis meis, me tibi eorum facinora enuntiaſſe ac prodidiſſe; atque hoc pacto ab illis ejiciar poſtea e ſagina cellaria, et vt alium ſuppromum, me ejecto, praeficias, qui tibi vinum tuo arbitratu promat. *Delices*, prodas, indices. In Gloſſ. Papiae: *Delicare*, deferre, pro quo et *dilicare* dicebant. *Sagina cellaria.* E ſaginante cella vinaria. In vino enim plurimum ineſt virtutis ad vires ſuppetitandas imo et ad ſaginandum et pinguefaciendum corpus. *Sagina* h. l. pro loco, e quo ſaginari queas, vt Moſt. I, 3, 79. *Promtet.* Promat.

PALAESTRIO.

Non edepol faciam, age loquere audacter mihi.

LUCRIO.

Nunquam edepol vidi promere. Verum hoc erat:

Mihi imperabat, ego promebam postea.

PALAESTRIO.

Hui! illecebrose, capite sistebas cadum?

LUCRIO.

Non hercle tam istoc valide, casabant cadi.

---

840. *Hui! illecebrose* etc. Quid? tun' illecebrose, capite sistebas cadum i. e. in caput invergebas et inclinabas cadum? *Hui!* Interjectio admirantis: admiratur enim Palaestrio, qui fieri potuerit, quod Lucrio, puer, vas illud vinarium magnum et grave, invergeret et inclinaret. *Capite sistere* vt *ore sistet* Capt. IV, 2, 13. et Terent. Adelph. III, 2, 18. *Capite statuerem.*

841. *Non hercle tam istoc valide.* Sc. egi, vel agere debui. Sensus: Non est, quod mireris: nam in istoc negotio non tam magnis viribus agere debui, cum sponte fere casarent cadi, nempe in lubrico loco. *Istoc*, ablat. pro in istoc sc. negotio. *Casabant cadi.* Levi impulsu casabant i. e. nutabant et inclinabantur cadi. A *cado* est *caso.*

Sed in cella eſt paulum nimis loculi lubrici,
Ibi erat bilibris aqualis, hic propter cados
Ea ſaepe decies complebatur die.
Eam plenam atque inanem fieri maxumam
Vidi. Bacchabatur hama, caſabant cadi.

PALAESTRIO.

Abi, abi intro iam, vos in cella vinaria

---

842. *Paulum nimis loculi lubrici.* *Ein kleines ſchlüpfriges Plätzchen.*

843. *Bilibris aqualis.* Vas aquarium, duas libras aquae capiens. *Propter.* Prope, juxta.

845. *Eam plenam atque* etc. Ea fiebat viciſſim et maxime plena et maxime inanis, videlicet dum complebatur et exhauriebatur.

846. *Bacchabatur hama, caſabant cadi.* Senſus: *Hama* i. e. *vrceus* ſ. bilibris aqualis illa propter cados aſtituta proxime, *bacchabatur* i. e. Baccharum ritu tumetum in ſe avariter ingurgitantium, vino ex cadis mea comitate largiter defuſo, decies ſaepe in die complebatur. Quae res caſantes ſ. caſabundos i. e. cernuum in morem nutantes ac pronos prorſus inclinatosque (proinde ac ſi ebrii forent) cados efficiebat.

Bacchanal facitis: iam hercle ego herum adducam a foro.

LUCRIO.

Perii: excruciabit me herus, domum si venerit,
Quom haec facta scibit, quia sibi non dixerim.
Fugiam hercle aliquo, atque hoc in diem extollam malum.
Ne dixeritis huic, obsecro, vostram fidem.

PALAESTRIO.

Quo tu te agis?

LUCRIO.

Missus sum alio: iam huc revenero.

---

848. *Bacchanal facitis.* Bacchamini, sacrificium Baccho facitis. Aul. III, 1, 5. 64.

850. *Scibit.* Sciet.

851. *In diem.* A die in diem, in alium atque alium diem. Poen. II, 52. *res serias Omnes extollo ex hoc die in alium diem.*

852. *Ne dixeritis* etc. Alloquitur spectatores. Ordo verborum: Obsecro vostram fidem, ne dixeritis huic i. e. hero meo.

853. *Quo tu te agis?* Quo te confers? Quo tendis?

PALAESTRIO.

Quis misit?

LUCRIO.

Philocomasium.

PALAESTRIO.

Abi, actutum redi.

LUCRIO.

Quaeso tamen tu meam partem infortunii,
Si dividetur, me absente accipito tamen.

PALAESTRIO.

Modo intellexi, quam rem mulier gesserit:
Quia Sceledrus dormit, hunc subcustodem suum
Foris ablegavit, dum eapse huc transiret.
Placet!
Sed Periplectomenes, quam ei mandavi, mulierem

---

856. *Si dividetur.* Sc. inter me et Sceledrum vel alium conservum.

888. *Foris.* Foras.

860. *Sed Periplectomenes* etc. Hic Milphidippa et Acroteleutium a Periplectomene subornatae Palaestrionis mandatu, procedunt, quas prospiciens Palaestrio hoc loquitur. Sed Periplecto-

Nimis lepida forma ducit. Dii hercle hanc rem adiuvant.

Quam digne ornata incedit, haud meretricie!

Lepide hoc succedit sub manus negotium.

SCENA III.

PERIPLECTOMENES. ACROTELEUTIUM cum MILPHIDIPPA. PALAESTRIO.

Acroteleutium et Milphidippa, compositae et ornatae ad illudendum Pyrgopolinici, a Palaestrione edocentur, quid agendum sit, quid dicendum.

PERIPLECTOMENES.

Rem omnem Acroteleutium tibi, tibique, mea Milphidippa,

---

menes, inquit, lepidiore fere forma ducit mulierem, quam ei mandavi vt duceret.

863. *Lepide hoc succedit* etc. Ex animi sententia hoc procedit negotium. *Sub manus*, quasi id negotii manibus tractans suo arbitratu fingeret. v. infr. 1128. et Perf. IV, 1, 2.

864. *Acroteleutium.* Ἀκροτελεύτιον videtur dicta, quod τὸ ἄκρον καὶ τὴν τελευτήν, nempe actum supremum imponit Fabulae. Haec matronae orna-

Domi, demonstravi ordine, hanc fabricam fallaciasque.
Minus si tenetis, denuo volo percipiatis plane.
Satis si intelligitis, aliud est quod potius fabulemur.

ACROTELEUTIUM.

Stultitia atque insipientia, insulsitasque maxuma haec sit,
Me ire in opus alienum, aut tibi meam operam pollicitari,
Si ea in opificina nesciam, aut mala esse aut fraudulenta.

---

tum gerit; Milphidippa autem ejus ancilla est. *Milphidippa.* *Milphidippa* est quasi Militis ministra in adducendo equo. Nam qui equum alteri adducit ita, vt equo ipse non insideat, φειδιπ-πος dicitur. Ancilla autem Militi equam quasi adducebat, vt conciliatrix.

865. *Ordine.* *Wie es nach einander gehen soll.* *Fabricam.* Dolos.

869. *Me ire in opus alienum.* Opus alienum faciendum in se suscipere.

870. *Si in ea opif. nesciam.* Si in eo opere faciendo non intelligam. Allegoria ducta ab

PERIPLECTOMENES.

At melius est monerier.

ACROTELEUTIUM.

Meretricem commoneri,
Quam sane magni referat, mihi clam est! Quin ego me frustro,
Postquam adbibere autes meae tuam moram orationis.
Tibi dixi, Miles quemadmodum potis esset deasciari.

---

opificibus, qui arte sua, non aliena opera facienda in se recipiunt.

871 — 73. *Monerier.* Moneri. *Mihi clam est.* Me fugit. *Quin ego me frustro, postquam* etc. Imo me ipsa fallo, et a meis ipsius consiliis aberro, dum orationem tuam, quae me moratur, ausculto. *Frustro* pro *frustror*, quod vsitatius. Caesar ap. Diomed. Lib. I. *Non frustrabo vos milites*, *Moram orationis.* Orationem, quae me moratur. Virg. Aen. VII, 319. *Loricaeque moras et pectus perforat ingens.* Statius Theb. X, 190. *morasque Frangite portarum.* *Adbibere aures.* V. not. ad vs. 34.

874. *Deasciari.* Dedotari, *abgehobelt, zurecht gehauen werden.* Intelligit vero plagis male mulcari.

PERIPLECTOMENES.

At nemo solus satis sapit. Nam ego multos saepe vidi
Regionem fugere consilii, prius quam repertam habuere.

ACROTELEUTIUM.

Si quid faciundum est mulieri male atque malitiose,
Ea sibi immortalis memoria est meminisse et sempiterna.

---

875. 76. *Nemo solus satis sapit.* Huc illud pertinet: εἷς ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνήρ· itemque Gnomologici alterum: οὐδεὶς ἀνθρώπων αὐτὸς ἅπαντα σοφός. *Nam ego multos vidi* etc. Sensus: Saepe enim ego vidi homines, qui a regione consilii aberrarent, priusquam repertam habuerunt. Comparatio est deducta ab iis, qui per ignota loca iter faciunt. Sicut illi, qui soli sunt, si ductores non habeant, saepius aberrant a recta via, priusquam repertam habeant: ita qui soli consilium capiunt, saepius haesitant, aberrant a recta consilii regione, priusquam veram inveniant.

878. *Ea sibi immortalis memoria est* etc. Ordo et sensus: Immortalis memoria est et indelebilis mulieri, ad recordandum cum animo suo ea,

Sin bene quid aut fideliter faciundum est, eo
deveniunt,
Obliviosae extemplo vti fiant, et meminisse
nequeant.

PERIPLECTOMENES.

Ergo istuc metuo, quod venit vobis faciendum
vtrumque:
Nam id proderit mihi, Militi male quod fa-
cietis ambae.

ACROTELEUTIUM.

Dum ne inscientes quid bonum faciamus, ne
formida,

---

quae male etc. *Meminisse*, ἐπὶ τῷ μεμνῆσθαι vel ὥστε μεμνῆσθαι.

879. *Eo deveniunt.* In id incidunt. Mutat numerum: ante in singulari, nunc in plurali loquitur.

881. 82. *Ergo istuc metuo, quod* etc. Propterea ergo sollicitus sum, quod venit vobis faciendum vtrumque sc. et male malitioseque, et bene fideliterque. Dum enim Militi male facietis, mihi facietis bene; quando quod illi obest, idem mihi prodest.

883. 84. *Dum ne inscientes* etc. Ne formida, ne pave, dum ne inscientes quid bonum

Mala nulla meretrix est, ne pave, peiora vbi conveniunt.

PERIPLECTOMENES.

Ita vos decet: consequimini!

PALAESTRIO.

Cesso ego illis obviam ire?
Venire salvom gaudeo; lepido hercle ornatu incedis.

PERIPLECTOMENES.

Bene opportuneque obviam es, Palaestrio. Hem tibi assunt,

---

faciamus: *meretrix nulla mala est*, i. e. male atque imprudenter rem gerit, *vbi conveniunt pejora*, vbi male faciendum est. Ludit in ambiguitate τοῦ *mala est*, quod significat, et malefica est et inscite facit opus.

885. *Cesso ego* etc. Quid cunctor, illis obviam ire? Interea enim haec inter Peripl. et Acroteleutium, matronae in morem ornatam, agebantur, decesserat Palaestrio paullulum de via: nunc accessurus haec secum loquitur.

886. *Venire salvom gaudeo.* Intell. te Alloquitur Senem.

Quas me iussisti adducere, et quo ornatu.

PALAESTRIO.

Heus, noster esto!

Palaestrio Acroteleutium salutat.

ACROTELEUTIUM.

Quis hic amabo est,

Qui tam pro nota me nominat?

PERIPLECTOMENES.

Hic noster architectus est.

---

888. *Et quo ornatu.* Et eo ornatu adsunt, quo esse iussisti. *Heus noster esto!* Ad Peripl. directa oratio. *Noster esto*, adblandientis formula et laudantis. Truc. V, 61. *Tanto melior: noster esto.* Bacch. III, 3, 39. *Noster esto, dum te poteris defensare injuria.* Virg. Aen. II, 149. *Quisquis es, noster eris.*

890. *Hic noster architectus est.* Hic est noster fallaciarum fabricator et opifex. Cic. pro Rosc. Amer. 132. *Nonne quivis potest intelligere, omnium architectum et machinatorem unum esse Chrysogonum?* Id. in Cluent. 60. *Ipsum principem et architectum sceleris absolverunt.*

ACROTELEUTIUM.

Salve architecte?

PALAESTRIO.

Salva sis. Sed dic mihi, ecquid hic te

Oneravit praeceptis?

PERIPLECTOMENES.

Probe meditatam vtramque duco.

PALAESTRIO.

Audire cupio, quemadmodum: ne quid peccetis, paveo.

PERIPLECTOMENES.

Ad tua praecepta de meo nihil ipse novom apposivi.

---

892. *Oneravit praeceptis.* Praecepta in te cumulavit, cumulate instruxit. Pseud. II, 4, 74. *onerabo meis praeceptis Simiam.* *Probe meditatam.* *Bene doctam.*

893. 94. *Quemadmodum.* Sc. sit edocta. *Ad tua praecepta.* Subint. edoctae sunt s. e. secundum tua praecepta, vt tu praecepisti. *Apposivi* pro apposui, vt *deposivi*, *reposivi* etc. pro *deposui*, *reposui* etc.

ACROTELEUTIUM.

Nempe ludificari Militem tuum herum vis?

PALAESTRIO.

Elocuta es.

ACROTELEUTIUM.

Lepide et ſapienter, commode et facete res parata eſt.

PALAESTRIO.

Atque huius vxorem eſſe te volo aſſimulare.

ACROTELEUTIUM.

Fiet.

PALAESTRIO.

Quaſi Militi animum adieceris, ſimulare.

ACROTELEUTIUM.

Sic futurum eſt.

---

895. *Elocuta es.* Affirmandi formula, ſic eſt, Moſtell. IV, 2, 31. *Th. Herus hic voſter potat? Ph. Ita loquor.*

898. *Quaſi Militi animum adjeceris.* I. e. quaſi Militis amore capta ſis. Terent. Eun. I, 2, 63. *Ad virginem animum adjecit.* Merc. II, 2, 62. *Sed praecauto eſt opus, Ne ad illam me ani-*

PALAESTRIO.

Quasique haec res per me interpretem et tuam ancillam curetur.

ACROTELEUTIUM.

Bonus vates poteras esse: nam quae sunt futura, dicis.

PALAESTRIO.

Quasique annulum hunc ancillula tua abs te detulerit ad me,
Quem ego Militi darem tuis verbis nunc.

ACROTELEUTIUM.

Vera dicis.

PERIPLECTOMENES.

Quid istis nunc memoratis opus est, quae commeminere?

ACROTELEUTIUM.

Meliu'st.

---

mum adjecisse aliqua sentiat. Eodem fere modo Graeci vsurpant suum προςβάλλειν ὀφθαλμὸν q. d. *adjicere oculum.*

902. *Tuis verbis.* Tuo nomine.

903. *Quid istis nunc memoratis* etc. Quid nunc commemorare opus est, quae memoria tenet.

Nam, mi patrone, hoc cogitato: Vbi probus est architectus,
Bene lineatam si semel carinam collocavit,
Facile esse navem facere, vbi fundata et constituta est.
Nunc haec carina satis probe fundata et bene statuta est:
Assunt fabri architectique a me, a te haud imperiti.
Si non nos materiarius remoratur, quod opu'st, qui det,

904—906. *Mi patrone.* Cf. vs. 781. *Vbi probus est architectus* etc. Significatur per *navem* negotium de decipiendo Milite: per *carinam* commentum de fallacia totiusque denique fabricae ratio et fundamentum; per *fabros* Periplectomenes et meretrices; per *architectum* Palaestrio; per *materiarium* Miles. *Carinam.* *Carina* infima pars navis, et quasi fundamentum: dicitur h. l. *bene lineata* i. e. delineata vel descripta. *Vbi fundata et constituta est.* Intell. navis.

908. *A me, a te haud imperiti.* Opera mea, opera tua bene edocti.

909. *Materiarius* is dicitur, qui materiam i. e. ligna ad fabricandum comparat. Etenim κατ' ἐξοχὴν Latinis *materia* pro ligno ad aedificandum

Novi indolem nostri ingenii; cito erit parata navis.

PALAESTRIO.

Nempe tu novisti Militem meum herum?

ACROTELEUTIUM.

Rogare? Mirum,
Populi odium quin noverim? magnidicum, cincinnatum,
Moechum vnguentatum.

Glossa: ξύλα, *materia*. Poen. IV, 2, 93. *Proba materies data est, si probum adhibes fabrum.*

911. *Rogare?* Quomodo potes rogare? Enallage modi. Ter. Eun. II, 1, 3. *Ah! rogitare? quasi difficile sit. Mirum, populi odium quin noverim.* Mirum esset, si populi odium non noverim. *Populi odium* est homo populo odiosissimus: *odium* sc. pro odioso, vt gr. μῖσος. Truc. II, 2, 65. Curc. I, 3, 35. Cic. in Vatin. 18. *Si es odium publicum populi, senatus, vniversorum hominum.*

912. *Magnidicum.* Magna de se jactantem, μεγαλήγορον. Hor. Sat. I, 3, 13. *omnia magna loquens. Cincinnatum.* Cincinnis i. e. capillis crispis comtum: *den schönfrisirten. Vnguentatum. Den parfümirten.*

PALAESTRIO.

Num ille etiam te novit?

ACROTELEUTIUM.

Nunquam vidit.

Qui noverit me quis ego sim?

PALAESTRIO.

Nimis lepide fabulare.

Eo potuerit lepidius pol fieri.

ACROTELEUTIUM.

Potin' vt hominem

Mihi des? Quiescas cetera. Ni lepide ludificata

Ero, culpam omnem in me imponito.

PALAESTRIO.

Agite igitur intro; abite,

---

915. 16. *Eo poterit lepidius* etc. Quod te nunquam Miles vidit, neque te novit, eo facilius et melius potuerit fieri id, quod volumus. *Potin' vt hominem mihi des?* Quasi dicat: Da mihi tantum hominem, quod ad cetera attinet, otiosus sis: ego curabo. *Cetera*, accus. graec. τὰ ἄλλα. *Ludificata ero.* Ludificavero.

Insistite hoc negotium sapienter.

ACROTELEUTIUM.

Alia cura.

PALAESTRIO.

Age, Periplectomene, has nunc iam duc intro; ego ad forum illum
Conveniam, atque illi hunc annulum dabo, atque praedicabo
A tua uxore mihi datum esse, eumque illam deperire.
Hanc ad nos, cum extemplo a foro veniemus, mittito tu;
Quasi clanculum ad me missa sit.

---

918. *Insistite hoc negotium sapienter.* *Insistere negotium* dictum est vt *insistere viam*, vel *iter*. Ter. Eun. II, 3, 3. Cistell. IV, 2, 11. vel etiam *limen* Virg. Aen. VI, 563. Sententia autem: Gerite hoc negotium sobrie et prudenter. *Alia cura.* Hac formula vtebantur jubentes alterum mittere sollicitudinem. Ter. Phorm. II, 1, 5. *Atqui reperi jam: aliud cura.* Hom. Odyss. VII, 208. Ἀλκίνο᾽, ἄλλο τί τοι μελέτω φρεσίν.

922. *Cum extemplo.* Cum primum, ἐπειδὴ τάχιστα.

PERIPLECTOMENES.

Faciemus: alia cura.

PALAESTRIO.

Vos modo curate. Ego illum probe iam oneratum huc acciebo.

PERIPLECTOMENES.

Bene ambula, bene rem gere. At egone hoc si efficiam plane,
Vt concubinam Militis meus hospes habeat hodie,
Atque hinc Athenas abeat, si hodie hunc dolum dolamus,

---

924. *Oneratum. Onerare quem* est curam et molestiam creare alteri, molestia afficere aliquem: contrarium est *levare* vel *relevare aliquem.* v. Ter. Adelph. IV, 3, 11. Most. II, 1, 83. *Sarcinam impo-nere seni* i. q. gravi cura et molestia afficere.

925. *Bene ambula, bene rem gere.* Formulae bene precandi abituro. *At egone hoc si* etc. I. e. at si ego hoc efficiam plane, vt meus hospes Pleusides habeat hodie Philocomasium, atque hinc Athenas hodie abeat, si denique hunc dolum fabricamur.

927. *Dolum dolamus.* Dolum fabricamur. Παρήχησις, sive παρονομασία.

Quid tibi ego mittam muneris?

ACROTELEUTIUM.

Datne eapse mulier operam?

PALAESTRIO.

Lepidissume et comissume, ac confido confuturum

Vbi facta erit collatio nostrarum malitiarum,
Haud vereor, ne nos subdola perfidia pervincamur.

---

928. *Quid tibi ego mittam muneris.* Per admirationem: quantum muneris ego tibi, Palaestrio, mittam. Pseud. IV, 1, 28. *Datne eapse* etc. Adjuvatne Philocomasium hoc nostrum negotium opera sua?

929. *Ac confido confuturum.* Ac confido, perfectum iri, nos hoc negotium ex animi sententia confuturos i. e. perfecturos. Terent Andr. I, 1, 140. *et spero confore.* Adelph. V, 8, 23 *hoc confit quod volo.* Virg. Aen. IV, 115. *nunc qua ratione quod instat, Confieri possit, paucis, adverte, docebo.* Glossae Papiae: *Confieri, Compleri, perfici.*

930. *Collatio malitiarum.* *Wenn wir unsere Schelmereien werden zusammengebracht haben.* e. si nostras malitias contulerimus.

PERIPLECTOMENES.

Abeamus ergo intro, haec vti meditemur cogitate:
Ne quid, vbi Miles venerit, tibubetur.

ACROTELEUTIUM.

Tu morare,
Vt accurate et commode, hoc quod agendum est, exequamur.

---

953. 54. *Tu morare.* Tu cura. Mostell. III, 2, 59. *Nihil moror mihi istiusmodi clientes. Exequamur.* Meditemur, rationem putemus. Ter. Hec. III, 1, 26.

ACTUS QUARTUS.

SCENA I.

PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO.

Actu hoc quarto Palaestrio ita fraudibus suis circumvenit Militem, vt vltro dimittat Philocomasium Palaestrionemque et Pleusidi restituat.

Scena autem prima Palaestrio nunciat Pyrgopolinici, esse foeminam forma eximiam, Periplectomenis senis vxorem juvenem, quae eum depereat; et ad fidem faciendam huic sycophantiae, dat ei nomine huius mulieris annulum. Statim stolidus Miles de demittenda Philocomasio cogitat. Monet Palaestrio, venisse Ephesum matrem et sororem Philocomasii; cum iis eam esse dimittendam.

PYRGOPOLINICES.

Volup' est quod agas, si id procedit lepide et ex sententia:
Nam ego hodie ad Seleucum regem misi parasitum meum,
Vt latrones, quos conduxi, hinc ad Seleucum duceret.

---

935. 36. *Volup' est.* Jucundum, delectabile est: ab antiquo *volupis, e.* *Parasitum.* Cuius scilicet erat talia procurare.

Qui eius regnum tutarentur, mihi dum fieret otium.

PALAESTRIO.

Quin tu tuam rem cura potius, quam Seleuci! Quae tibi
Conditio nova et luculenta fertur per me interpretem!

PYRGOPOLINICES.

Imo omnes res posteriores pono, atque operam do tibi.
Loquere: aures meas profecto dedo in ditionem tuam.

---

940. *Conditio luculenta.* Conjugium splendidum, nuptiae magnificae. Antecedens pro consequente. Notat enim proprie *conditio* tractatum, qui praecedit nuptias, quoque matrimonium contrahitur; vnde passim pro nuptiis licitis et illicitis apud autores vsurpatur. v. Ter. Phorm. IV, 2, 13.

941. *Posteriores pono.* Posthabeo, postpono. *Operam do tibi.* v. Interpr. ad Ter. Phorm. I, 2, 12.

942. *Dedo in ditionem tuam!* Dedo potestati tuae. *Dedimus* nos potentiori et superiori.

PALAESTRIO.

Circumspicito dum, ne quis nostro hic auceps sermoni siet:
Nam hoc negotii clandestino vt agerem, mandatum'st mihi.

PYRGOPOLINICES.

Nemo adest.

PALAESTRIO.

Hunc arrhabonem amoris primum a me accipe.

---

aut certe quem superiorem ac potentiorem esse confitemur.

943. *Circumspicito dum.* Dum h. l. particula est inseparabilis, vt in *agitodum, ceddodum, dicdum* etc. *Ne quis auceps* etc. Ne quis nostrum sermonem aucupetur. Cas. II, 8, 8. *Captandus est horum clanculum sermo mihi.*

945. *Arrhabonem.* Arrhabo, pars pretii, quae datur initio contractus, vt sc. fides constet. h. l. est pro pignore vel sponsionis signo. Mostell. III, 1, 116. *Arrhaboni has dedit quadraginta minas.* v. A. Gell. XVII, 2. Idem arrha, cuius talem dat explicationem Isidorus Orig. V, 25. *Arrha est primum, quod pro re bonae fidei contractu emta ex parte datur, et postea completur.*

PYRGOPOLINICES.

Quid hic? Vnde est?

PALAESTRIO.

A luculenta atque a festiva foemina,

Quae te amat, tuamque expetiſſit pulchram pulchritudinem,

Eius hunc mihi annulum ancilla, ad te porro vt deferrem, dedit.

PYRGOPOLINICES.

Quid? Ean' ingenua, an festuca facta e ſerva libera eſt?

---

946. *Luculenta.* Formoſa. *Luculentum* eſt quodcunque ſplendore ſuo oculos ferit. Ter. Heaut. III, 2, 12. *forma luculenta.*

947 *Pulchram pulchritudinem.* Eodem modo dictum, vt *amoenitate amoena* Capt. IV, 1, 7. *nitoribus nitidis* Caſ. II, 3, 1. etc.

949. *Ean' ingenua an feſtuca facta e ſerva libera eſt?* Sic Ter. Andr. I, 1, 10. *E ſervo vt eſſes libertus mihi,* eleganter pro eo, quum antea ſervus eſſes. Per feſtucam *liber* quis fieri poteſt, *ingenuus* non poteſt, niſi qui antea fuerit. Eſt autem *feſtuca* virga Praetoris manumittendis a lictore imponi ſolita, quae et dicta *vindicta* eſt.

Manumiſſionem autem vindicta ſic fieri conſueviſſe, docet Jac. Raevardus Var. L. IV. C. 9. item de Auctor. Prudent. C. 7., vt dominus apud Praetorem vel Conſulem Romae, et in Provinciis apud Praeſidem vel Proconſulem, ſervi, quem vindicta manumitti volebat, caput aut aliud membrum tenens haec verba ſolemnia pronunciaret: *hunc hominem liberum eſſe volo*; et eum emittere e manu. Tunc Praetor vindicta eiusdem ſervi, qui manumittendus erat, capiti impoſita, hac vti formula ſolebat: *ajo te liberum more Quiritium.* Et licet hac formula videbatur famulus eſſe jugo laxatus herili, vt vtar Claudiani verbis; tamen ad lictorem, per quem expediri manumiſſio ſolebat, Praetor converſus, haec quoque videtur ſolemnia verba pronunciaſſe: *ſecundum ſuam cauſſam, ſicuti dixi, ecce tibi vindicta.* Tunc a Praetore accepta vindicta caput ſervi viſus eſt etiam lictor percusſiſſe, et faciem palma, tergumque feſtuca verberaſſe. Idque ſatis ex Juvenale conſtat. Sic enim Sat. V, 171. *pulſandum vertice raſo Praebebis quandoque caput, nec dura timebis Flagra pati.* Porro, ſimulatque peracta eſſet huiusmodi manumiſſio, ſtatim in Acta nomen manumiſſi referebatur, adjecta manumiſſionis cauſſa. Certe quia ſic in Adelph. V, 9, 2. ſcripſit Terentius: *Ego edepol hodie mea quidem ſententia Judico Syrum fieri eſſe aequom liberum.* ***Mic.*** *Iſtunc liberum? Quodnam ob factum?* In hunc enim locum ad haec verba:

PALAESTRIO.

Vah, egone vt ad te ab libertina esse auderem internuncius,
Qui ingenuis satis respondere nequeas, quae cupiunt tui?

PYRGOPOLINICES.

Nupta ea est, an vidua?

Quodnam ob factum? sic scribit Donatus: *Jure; adscribi enim caussas manumissionis in jure formulae est.* Nomen autem manumissi in Acta referri olim consuevisse Plautus auctor est. Pers. IV, 3, 16. *To. Dic bona fide: iam libera est?* *Dord.* *I, i ad forum, ad Praetorem; exquire, si quidem credere mihi non vis.* Haec ille.

950. 51. *Vah, egone vt ad te* etc. Vah, itane essem demens, vt ab libertina foemina auderem internuncius ad te venire, quem tam multae ingenuae amant et vltro expetunt, vt eis prae multitudine satis respondere non possis. *Ab libertina internuncius* vt Ter. Eun. II, 2, 56. *internuncius a Milite.* Cf. Heaut. II, 3, 58. *Quae cupiunt tui.* Quae tui cupidae sunt. Sic Symmachus I, 8. *jamdudum vestri cupiunt.* Infra vs. 1035. *tui cupiente.* Verbum *cupere* proprium in amoribus, vnde etiam *cupido* pro amore et libidine.

952. *Vidua.* *Vidua* non semper dicitur, quae amisit virum per fata; sed etiam quae caret viro

PALAESTRIO.

Et nupta et vidua.

PYRGOPOLINICES.

Quo pacto potis
Vidua et nupta eſſe eadem?

PALAESTRIO.

Quia adoleſcens nupta eſt
cum ſene.

PYRGOPOLINICES.

Euge!

PALAESTRIO.

Lepida et liberali forma eſt.

PYRGOPOLINICES.

Cave mendacium!

PALAESTRIO.

Ad tuam formam illa vna digna eſt.

---

ad tempus, quae matrimonio expulſa eſt, imo quae virum nunquam habuit: et Ciſtell. I, 1, 46 comice adhibetur haec vox de meretrice, amatore vacua.

954. *Cave mendacium.* Cave mentiaris, ne mentire.

955. *Ad tuam formam* etc. Illa vna digna eſt, cuius forma comparetur cum tua. *Ad* compa-

PYRGOPOLINICES.

Hercle pulchram praedicas.
Sed quis ea eſt?

PALAESTRIO.

Senis huius vxor Periplectomeni in proxumo.
Ea demoritur te, atque ab illo hinc cupit abire; odit ſenem.
Nunc te orare atque obſecrare iuſſit, vti tui copiam

---

rationi inſervit, vt Capt. II, 2, 25. *Ad ſapientiam huius nimius nugator eſt.* Ter. Eun. II, 3, 69. *At nihil ad noſtram hanc.* *Hercle pulchram praedicas.* Perpulchram re vera eam dicis, quae mecum, qui nimis pulcher ſim, comparari poſſit.

956. *Sed quis ea eſt? Quis* pro *quae.* *Periplectomeni.* Periplectomenis.

957. *Demoritur te.* *Sie liebt dich bis zum Sterben.* Dictum vt *deperit te* q. e. perdite te amat. v. infr. vſ. 1026.

958. *Orare atque obſecrare.* Saepe coniuncta inveniantur verba *orare*, *obſecrare*, *ſupplicare*, *inſtare*, etc. Cic. pro Quint. 10. *orat atque obſecrat.* Ter. Adelph. III, 4. 26. *lacrumans, orans,*

Sibi potestatemque facias.

PYRGOPOLINICES.

Cupio hercle equidem, si illa volt.

PALAESTRIO.

Quae cupit!

PYRGOPOLINICES.

Quid illa faciemus concubina, quae domi est?

PALAESTRIO.

Quin tu illam iube abs te abire, quo lubet, sicut soror
Eius huc gemina venit Ephesum, et mater, arcessuntque eam.

---

obsecrans. *Orare* est humiliter et cum veneratione petere; *obsecrare* quasi per sacra et res carissimas.

960. *Quae cupit!* Explet Palaestrio venuste orationem Militis. Cupio hercle, dixerat ille, si illa vult. Addit hic: Cupis illam certe, quae te cupit. *Quid illa fac. concubina.* Locutio comica pro *de illa* vel illi, Plauto inprimis frequenter usitata. v. Aul. IV, 10, 46. Most. III, 1, 105. etc. Ter. Adelph. IV, 4, 2. Andr. IV, 2, 26. Heaut. I, 2, 14. *Concubina* est Philocomasium.

PYRGOPOLINICES.

Ain' tu, advenit Epheſum mater eius?

PALAESTRIO.

Aiunt, qui ſciunt.

PYRGOPOLINICES.

Hercle occaſionem lepidam, vt mulierem excludam foras.

PALAESTRIO.

Imo vin' tu lepide facere?

PYRGOPOLINICES.

Loquere, et conſilium cedo.

PALAESTRIO.

Vin' tu illam aetutum amovere, a te vt abeat per gratiam?

PYRGOPOLINICES.

Cupio.

---

964. *Excludam foras.* E domo excludam, ejiciam foras, amittam.

965. *Cedo conſilium.* Dic ſ. da conſilium.

966. *Per gratiam.* Cum bona gratia. v. infr. vſ. 1184.

PALAESTRIO.

Tum te hoc facere oportet. Tibi divitiarum affatim eſt:
Jube, ſibi aurum atque ornamenta, quae illi inſtruxiſti mulieri,
Dono habere, auferreque abs te, quo lubeat, ſibi. Placet?

PYRGOPOLINICES.

Placet vti dicis. Sed ne iſtanc amittam, et haec mutet fidem,
Vide modo.

PALAESTRIO.

Vah, delicatus, quae te tanquam oculos amet.

---

967. *Affatim.* Plus ſatis, larga copia.

968. *Aurum atque ornamenta.* Hendiadys pro ornamentis aureis vel veſtibus auro diſtinctis; hae enim inter praecipua ornamenta. Curc. II, 3, 69. *Vt mulierem a lenone cum auro et veſte abduceret.* Ter. Heaut. III, 1, 43. *ancillas ſecum adduxit plus decem Ornatas veſte atque auro.*

970. *Iſtanc.* Philocomaſium. *Haec.* Mulier Periplectomenis.

971. *Vah, delicatus* etc. Vah! delicatus homo es, qui dubites de huius vicinae fide, cum

PYRGOPOLINICES.

Venus me amat?

PALAESTRIO.

St! tace! Aperiuntur fores. Concede huc clanculum.

Haec celox illius est, quae hic egreditur internuncia.

PYRGOPOLINICES.

Quae haec celox?

---

te tanquam oculos suos amet. Proverbii locum obtinet *oculis carior* et *carus tanquam oculi.* Catull. XIV, 1. *Ni te plus oculis meis amarem.* Id. CI, 2. *Ambobus mihi quae carior est oculis.* Ter. Adelph. IV, 5, 67. *Di me Omnes oderint, ni magis te quam oculos nunc amo meos.*

972. *St.* Vox silentium indicantis. *Concede.* Abi, secede. *Concedere* est quiescendi aut consistendi gratia in locum quempiam secedere.

973. *Celox.* Ministra. *Celox* proprie est navigium breve et celere, quod praeire justam classem solet, vt adventum hostium, vires, consilia indagaret et nunciaret suis. v. J. Schefferus de Militia navali Vett. p. 76.

PALAESTRIO.

Ancillula illius est, quae hic egreditur foras,

Quae annulum istunc attulit, quem tibi dedi.

PERGOPOLINICES.

Edepol haec quidem

Bellula est.

PALAESTRIO.

Pithecium haec est prae illa et spinturnicium.

Viden' tu illam oculis venaturam facere, atque aucupium auribus?

---

976. *Pithecium.* Πιθήκιον, simiola. Graecis homines deformes πίθηκος et πιθήκιον per convitium audiebant. Est in proverbio: τῶν πιθήκων εὐμορφότατος δύσμορφός ἐστι, *simiarum pulcherrima deformis.* Cf. Truc. II, 2, 14. *Spinturnicium.* Genus animalis turpicula facie. Quidam *spinturnicium* derivant a *spinturnix*, quae deformis et inauspicata avis est, eademque ambustanea s. incendiaria dicta, quod de busto s. rogo aliquid carbonis in tecta deferebat, et incendium portendebat.

977. *Oculis venaturam facere.* Venari oculis, collustrare omnia oculis loca. *Aucupium auribus facere.* Sermones et voces omnes auribus aucupari.

SCENA II.

MILPHIDIPPA. PYRGOPOLINICES.

PALAESTRIO.

Palaeſtrio inducit ad Pyrgopolinicem, herum ſuum, Milphidippam, ancillam Acroteleutii. Eam elato ſupercilio modo ſuſpendendus naſo Miles recipit, cui ſalutem dicit verbis Acroteleutii ancilla, et quanto eius amore inardescat, ſubdole exaggerat.

MILPHIDIPPA.

Jam eſt ante aedes circus, vbi ſunt ludi faciendi mihi.
Diſſimulabo, hos quaſi non videam, neque eſſe hic, etiam dum ſciam.

PYRGOPOLINICES.

Tace; ſubauſcultemus, ecquid de me fiat mentio.

---

978 *Jam eſt ante aedes circus.* Haec loquitur Milphidippa ſola, vt ſpectatores tantum audiant. *Circus* h. l. palus, circa quem, humo fixum, ſe milites circumagebant per luſum. v. Bulenger. de Circo Rom. ludisque Circenſ. Cap. 2. Fragm. Cornicul. 6. *Quid ceſſamus ludos facere? Circus noſter ecce adeſt.*

979. 80. *Hos.* Militem et Palaeſtrionem. *Ecquid.* Numquid.

MILPHIDIPPA.

Num quisnam hic prope adeſt, qui rem alienam potius curet quam ſuam?
Qui aucupet me quid agam? qui de veſperi vivat ſuo?
Eos nunc homines metuo mihi, ne obſint, neve obſtent vſpiam,
Domina ſi domo huc tranſibit, quae huius cupiens corporis eſt,
Quae amat hunc hominem nimium lepidum et nimia pulchritudine,
Militem Pyrgopolinicem.

PYRGOPOLINICES.

Satin' haec quoque me deperit?

---

981. *Num quisnam hic prope adeſt* etc. Deſcriptio curioſi, aliena negotia curantis, ſua negligentis.

982. *Qui aucupet.* Qui aucupetur i. e. obſervet, exquirat. Eſt autem translatio ab aucupibus ad eos, qui oculis et auribus excipere conantur, quid ab aliquo geratur et dicatur. *Qui de veſperi vivat ſuo.* Proverbii loco pro qui vivat de furtis ſuis veſpertinis. v. Jac. Durant. ad Horat. Sat. I, 6, 113. in Var. Lect. I, 5.

Meam laudat speciem. Edepol huius sermones haud cinerem quaeritant.

PALAESTRIO.

Quo argumento?

PYRGOPOLINICES.

Quia enim loquitur laute et minime sordide;
Tum autem illa ipsa est nimium lepida, nimisque nitida foemina.
Hercle vero iam allubescit primulum, Palaestrio.

---

987. *Haud cinerem quaeritant.* Quo sc. eluantur vel nitidentur; quippe tersi jam et splendidi, vt Miles ipse explicat vs. sq. Metaphora a vasis, quorum quaedam etiam nunc *cinere fricantur* purgandi et nititandi caussa. Arnob. VII. p. 238. *Lavatio matris deûm est hodie. Sordescunt enim divi, et ad sordes eluendas lavantibus aquis opus et adjuncta antiqua cineris frictione.*

988. *Quo argumento? Wie so?* Sic saepe Plautus, cum aliquid obscurius dictum declarare vult spectatori e. g. Asin. II, 2, 36.

989. 90. *Ipsa.* Ancilla Milphidippa. *Allubescit.* Placere incipit. Verbum Plautinum.

PALAESTRIO.

Priusne, quam illam oculis?

PYRGOPOLINICES.

Tuis video id, quod credo tibi.

Tum haec locuta illam autem absentem subigit me vt amem.

PALAESTRIO.

Hercle hanc quidem

---

991. *Oculis.* Sc. videris. Priusne haec ancilla tibi allubescit, quam dominam longe ancilla venustiorem ac formosiorem oculis tuis adspexeris. *Tuis video id, quod credo tibi.* Bardus et elephantino vere corio circumtectus Miles, nihil sentiens aut sapiens, nisi sensu et corde alieno, cum rueret in amorem nondum visae, vidisse tamen ait, quia videret oculis Palaestrionis, quibus id videat omne, quod ipsi credat. Et sane quod alii credimus, nostris an illius oculis videamus haud multum refert: imo videmus quasi coram, quod absens absentes credimus ita esse.

992. *Tum haec locuta* etc. Sensus: Non tantum credo tibi, sed et ancilla, quae locuta est haec, subigit me etc. *Haec locuta*, quae locuta est haec i. e. tam lauta et minime sordida. *Subigit me*, adigit, impellit me. *Hercle hanc quidem*, Milphidippam.

Nihil tu amassis, mihi haec desponsa est: tibi si illa hodie nupserit,
Ego hanc continuo vxorem ducam.

PYRGOPOLINICES.

Quid ergo hanc dubitas colloqui?

PALAESTRIO.

Sequere hac me ergó.

PYRGOPOLINICES.

Pedissequus tibi sum.

MILPHIDIPPA.

Vtinam, cuius caussà
Foras sum egressa, conveniendi mihi potestas eveniat!

---

993. *Nihil tu amassis.* Nullo pacto amaveris. *Desponsa.* Desponsata.

994. *Hanc colloqui.* Cum hac loqui. Amph. III, 2, 17. Asin. I, 2, 24.

995. *Vtinam cuius caussa* etc. Haec secum ancilla, sed vt audiat Miles. Vtinam, inquit, eius conveniendi mihi potestas eveniat, cuius caussa domo foras egressa sum.

PALAESTRIO.

Erit, et tibi exoptatum obtinget: bonum habe animum, ne formida:

Homo quidam est, qui scit, quod quaeris, vbi sit.

MILPHIDIPPA.

Quem ego hic audivi?

PALAESTRIO.

Socium tuorum consiliorum, et participem consiliarium.

MILPHIDIPPA.

Tum pol ego, id quod celo, haud celo.

PALAESTRIO.

Imo, etiamsi non celas.

---

997. *Erit, et tibi exoptatum obtinget.* Haec Palaestrio ad ancillam, quae vero tantum vocem, non verba audire se simulat. Erit, inquit, conveniendi tibi Militis potestas, et quod exoptasti tibi obtinget.

1000. *Tum pol ego id quod celo, haud celo.* Oxymoron. Tum vero frustra celo haec occulta et arcana consilia, si tu eorum es particeps. *Imo, etiamsi non celas.* Verba haec mox ipse Plautus explicat.

MILPHIDIPPA.

Quo argumento?

PALAESTRIO.

Infidos celas: ego sum tibi firma fide.

MILPHIDIPPA.

Cedo signum, si harunc Baccharum es.

PALAESTRIO.

Amat mulier quaedam quendam.

1001. *Infidos celas: ego* etc. Cum aperis consilia tua hominibus fidis, qualis ego sum, nihilominus ea tegis infidis. Itaque non sunt haec inter se pugnantia *celas etiamsi non celas*. *Ego sum tibi firma fide*. Firme fidelis.

1002. *Cedo signum* etc. Da, profer signum, ex quo intelligam, te esse horum sacrorum h. e. consiliorum participem et socium, te esse initiatum his sacris. Allegoria est a sacris Bacchi, quae erant reconditissima, neque vlli, nisi sacris iisdem initiato, cognita. Sic Apulej. Apolog. I. *Si qui forte adest eorundem solemnium mihi particeps, signum* (Amphio *symbolum*, Clementi Alex. γνώρισμα, et Apulej. *memoraculum* appellatum) *dato*. *Harunc Baccharum*. E numero harum Baccharum, initiatorum. *Amat mulier* etc. Nunc incipit signum proferre Palaestrio, quod ancilla postulat.

MILPHIDIPPA.

Pol istuc quidem multae.

PALAESTRIO.

At non multae de digito donum mittunt.

MILPHIDIPPA.

Enim cognovi hunc. Fecisti modo mihi ex proclivo palam rem.
Sed hic nunquis adest?

PALAESTRIO.

Vel adest, vel non.

MILPHIDIPPA.

Cedo te mihi solae solum.

PALAESTRIO.

Brevin' an longinquo sermone?

1004. *Enim.* Praepositum et παρέλκει. *Ex proclivo.* E facili, q. d. facillimo negotio omnem mihi rem aperuisti.

1005. *Sed hic nunquis adest?* Sc. qui nos auscultet. *Vel adest, vel non.* Et adesse potest, et non, vti tu vis. *Solae.* Dativ. antiq. pro soli.

MILPHIDIPPA.

Tribus verbis.

PALAESTRIO.

Jam ad te redeo.

PYRGOPOLINICES.

Quid? ego hic abſtabo tantisper cum hac forma et factis ſic fruſtra?

PALAESTRIO.

Patere, atque aſta! Tibi ego hanc do operam.

PYRGOPOLINICES.

Properando! Excrucior.

1006. *Jam ad te* etc. Haec ad Militem Palaeſtrio, accedens propius ad Milphidippam.

1007. *Quid? ego hic aſtabo* etc. Quid? Egone, tali praeditus forma, et talibus clarus facinoribus, egone hic interea, dum tu cum iſta ancilla loqueris, ſic fruſtra adſtabo. *Sic*, δεικτικῶς, Nota orationem Glorioſo quam convenientem.

1008. *Properando! excrucior.* Ex affectu amatoris, qui omnia properat. Da mihi hanc operam, ſi danda eſt, properando i. e. celeriter agendo; properes nam excrucior, ſi non ita facis. *Excrucior* i. q. maceror, vel me macero. Andr. V, 3. 15. Eun. I, 2, 107.

PALAESTRIO.

Pedetentim. Tu haec scis, tractari ita solere hasce huiusmodi merces.

PYRGOPOLINICES.

Age, age, vt tibi maxume concinnum est.

PALAESTRIO.

Nullum est hoc stolidius saxum.
Redeo ad te. Quid me voluisti?

MILPHIDIPPA.

Quo pacto hoc dudum accepi,

1009. *Pedetentim.* I. e. caute, quasi lenta et tarda itione. Cic. de Offic. I, 120. *Sin minus, sensim erit pedetentimque facienda.* *Merces.* Mulieres. Pers. II, 2, 56. Truc. I, 5, 65.

1010. *Concinnum.* Commodum. *Nullum est hoc stolidius saxum.* Haec ad spectatores inter eundum. Nullum est saxum, inquit, Milite hoc stolidius i. e. Miles hic stolidus est tanquam lapis. Stupidum enim stolidumque hominem lapidem vocabant. v. Ter. Eun. V, 9, 55. Heaut. IV, 7, 3. etc. Aristoph. Schol. ad Nub. 1204. Λίθοι· τουτέστιν ἠλίθιοι, ἀναίσθητοι· μεταφορικῶς. Alias *stipites, caudices* etc. audiunt tales homines.

1011. 12. *Redeo ad te.* Ecce me. Ad Milphidippam. *Quo pacto hoc dudum* etc. Ordo:

Istuc fero ad te consilium, quasi hunc deperreat.

PALAESTRIO.

Teneo istuc.

Collaudato formam et faciem, et virtutes commemorato.

MILPHIDIPPA.

Ad eam rem habeo omnem aciem, tibi vt dudum demonstravi.

Tu contra cura et contempla, et de meis venator verbis.

---

fero ad te consilium istuc, quo pacto hoc dudum accepi, quasi sc. hera mea perdite hunc Militem amet.

1014. *Ad eam rem habeo omnem aciem*, &c. ad ludificandum et fallendum Militem habeo omnia parata atque instructa; vel sic: ad eam rem omnes fallacias ac machinas habeo paratas. Tralatio a re militari.

1015. *Contempla.* Ἀρχαϊκῶς pro contemplare. *De meis venator verbis.* Ex meis verbis exquirito et conjicito. Tralatio a venatoribus.

PYRGOPOLINICES.

Aliquam mihi partem hodie operae des denique; iam tandem ades illico.

PALAESTRIO.

Assum: impera, si quid vis.

PYRGOPOLINICES.

Quid illaec narrat tibi?

PALAESTRIO.

Lamentari

Ait illam miseram, cruciari, et lacrumantem se afflictare,

Quia tis egeat, quia te careat, ob eam rem huc ad te missa'st.

1016. *Aliquam mihi partem* etc. Miles morae impatiens Palaestrionem ab ancilla revocat, et iubet eum sibi quoque aliquam partem operae dare. *Ades.* Imperat. praes. a verbo *adsum.*

1018. *Se afflictare.* Se ad terram graviter prosternere. *Afflictare* est προσουδίζειν, ad terram dare Aul. IV, 4, 6. *Quid me afflictas.*

1019. *Quia tis egeat.* Quia tui egeat. *Mis, tis* genitivi antiqui pro *mei, tui.* *Missa'st.* Sc. ancilla.

PYRGOPOLINICES.

Jube adire.

PALAESTRIO.

At scin', quid tu facias? Face te fastidii plenum,
Quasi non lubeat me inclamato, quia sic te volgo volgem.

PYRGOPOLINICES.

Memini, et praeceptis parebo.

PALAESTRIO.

Voco ergo hanc, quae te quaerit?

1020. *Jube adire.* *Lass sie herkommen.* *Face te fastidii plenum.* Fac te fastidiosum, finge te mulierum, te vltro expetentium, fastidio affici. Verbum *facere* elegantem vsum habet, quando voluntatis formam exprimit pro *simulare*, *assimulare*, vt Curc. IV, 3, 7. *Ne te mihi facias ferocem.* Cic. Ep. ad Fam. XV, 18. *Ita facio me alias res agere.*

1021. *Me inclamato, quasi etc.* Me increpato et accusato, quia sic te mulierum turbae pervulgem, cum sis paucarum et lectarum mulierum vir.

PYRGOPOLINICES.

Adeat, ſi quid volt.

PALAESTRIO.

Si quid vis, adi mulier,

MILPHIDIPPA.

Pulcher, ſalve!

PYRGOPOLINICES.

Meum cognomentum quis commemoravit? Dii tibi dent quae optes.

MILPHIDIPPA.

Tecum aetatem exigere vt liceat.

PYRGOPOLINICES.

Nimium optas.

MILPHIDIPPA.

Non me dico,
Sed heram meam, quae te demoritur.

PYRGOPOLINICES.

Multae aliae idem iſtuc cupiunt,

1023. *Adeat, ſi quid volt.* Haec alta voce Miles, vt audire poſſit Milphidippa.

1025. *Tecum aetatem exigere, vt liceat.* Opto, vt liceat, tecum vivere. Cf. infra 1259. Trin. Prol. 15. Ter. Hec. III, 5, 40.

Quibus non est copia.

MILPHIDIPPA.

Ecastor haud mirum, si te habeas carum,

Hominem tam pulchrum, et praeclara virtute, et forma, et factis.

Ecquis dignior fuit, homo qui esset?

PALAESTRIO.

Non hercle humanum est ergo:

1027. *Si te habeas carum.* *Wenn du dich rar machst.*

1029. *Ecquis dignior fuit homo qui esset?* Nunquis vnquam humana forma dignior, quam tu? Proin, ac si dicat, multi homines sunt, qui debebant nasci pecudes et bestiae; non homines, ita sunt inhumani; tu vero omnium hominum dignissimus es, qui homo nascereris, propter humanitatem scilicet tuam s. propter mores tuos humanissimos. Adulatio impudens et modum superans. *Non hercle humanum est ergo.* Palaestrio aversus a Milite orationem ancillae in contrarium torquet. Sententia haec est: Ergo si hic omnium hominum dignissimus est, qui homo nasceretur, nulla vsquam est humanitas. v. Ter. Adelph. IV, 2, 40.

Nam volturio plus humani credo est.

PYRGOPOLINICES.

Magnum me faciam
Nunc, quoniam illaec me collaudat.

1030. *Nam volturio plus humani credo est.* Omnis joci argutia in ambiguitate sententiae consistit. Ambiguitas vero in vocibus illis duabus: *Est* et *Volturio.* Nam cum videatur dicere: 'Volturio plus humanitatis inesse, quam Glorioso huic; aliud longe diversum salse significat, primum in casu τοῦ *volturio* comice ludens, qui tametsi pro dativo positus existimari possit, tamen nominandi casus intelligendus, vt sit *volturio, volturiōnis.* (Sic *lanio* et *lanius,* sic *longurio* et *longurius,* aliaque multa.) Deinde *est* haud quidem pertractate aut simpliciter, verum pro *edit* positum accipere debemus, innuitque, *vulturium plus humani* i. e. humanae carnis rostro vellicatim carpere, quam Pyrgopolinicem possidere: sententia minimae verisimilitudinis ergo, quamvis vrbana et ridicula potius. *Magnum me faciam.* Hic Miles laudatione ancillae elatus atque inflatus, incessum sibi novum fingit, gestumque solito magnificentiorem assumit, et ea quae nunc loquitur, secum loquitur, vt spectatores tantum audiant.

PALAESTRIO.

Viden' ignavum, vt ſeſe infert! Quin tu huic reſpondes? Haec illaec eſt ab illa, quam tibi dudum —

PYRGOPOLINICES.

Quanam ab illarum? Nam ita me occurſant multae: meminiſſe haud poſſum.

MILPHIDIPPA.

Ab illa, quae digitos deſpoliat ſuos, et tuos digitos decorat.

Nam hunc annulum ab tui cupiente huc detuli huic, qui porro.

1031. *Viden' ignavum, vt ſeſe infert!* Haec ad ſpectatores loquitur, averſus a Milite Palaeſtrio. *Seſe infert* pro incedit, ad indicandum greſſus ſuperbos.

1032. *Quin tu huic reſpondes?* Cur non tu huic reſpondes? *Ab illa, quam tibi dudum.* Sc. dixi, memoravi.

1033. *Quanam ab illarum?* A quanam mulierum miſſa eſt? Sic Miles, quaſi a multis mulieribus expetatur, non ab vna, aut altera. *Me occurſant.* Beſtürmen mich.

1035. *Ab tui cupiente.* Ab hera mea tui cupida. *Huic.* Palaeſtrioni. *Qui porro.* Sc. eum tibi traderet.

PYRGOPOLINICES.

Quid nunc tibi vis, mulier? Memora.

MILPHIDIPPA.

Vt, quae te cupit, eam ne spernas.

Quae per tuam nunc vitam vivit. Sit, nec ne sit, spes in te vno est.

PYRGOPOLINICES.

Quid nunc volt?

MILPHIDIPPA.

Te compellare, et complecti, et contrectare.

Nam nisi tu illi fers suppetias, iam illa animum despondebit.

Age, mi Achilles, fiat quod te oro. Serva illam pulchram pulchre:

1037. *Sit, nec ne sit, spes in te vno est.* Salva sit hera mea, an nulla sit, in te vno situm est.

1039. *Jam illa animum despondebit.* Jam illa sibi mortem consciscet, et animum projiciet.

Exprome benignum ex tete ingenium, vrbicape, occisor regum.

PYRGOPOLINICES.

Heu hercle odiosas res! Quoties hoc tibi, verbero, ego interdixi,
Meam ne sic volgo pollicitetis operam?

PALAESTRIO.

Audin' tu mulier?
Dixi hoc tibi dudum, et nunc dico: nisi huic verri affertur merces,
Non hic suo seminio quanquam porculam impertiturus est.

1041. *Exprome benignum ex tete ingenium.* Exprome ex tete, quod habes apud te, benignum ingenium. *Vrbicape.* Πτολιπόρθε, vrbium expugnator. Sic apud Festum *hosticapax.*

1042. *Heu hercle odiosas res!* Hic parens Palaestrionis praeceptis Miles fastidii plenum se facit. Post *odiosas res* subintell. audio, vel peti a me video.

1044. *Verri.* Porco non castrato, cui opponitur majalis.

1045. *Non hic suo — impertiturus est.* Nullam porculam hic verres suo seminio donabit,

MILPHIDIPPA.

Dabitur quantum ipsus pretii poscet.

PALAESTRIO.

Talentum Philippum huic opus auri est:

Minus ab nemine accipiet.

MILPHIDIPPA.

Heu ecastor nimis vilist tandem!

PYRGOPOLINICES.

Non mihi avaritia vnquam innata est: satis est divitiarum.

---

vel seminis sui participabit. *Seminium* dixerunt veteres pro *semen*, quod h. l. et *semen* et *proles* esse potest.

1046. *Dabitur quantum — poscet.* *Pretium* et *mercedem* pro vna eademque re posuit, cum *pretium* in emtione et venditione, *merces* in conductione et locatione proprie locum habeat. *Ipsus* antiq. pro *ipse*. *Talentum Philippum.* Talentum Philipporum i. e. numorum Philippeorum, qui aurei erant et insignes imagine Philippi, regis Macedoniae. Sic occurrunt *Philippi* pro numis aureis Philippeis Bacchid. IV, 8, 27. 37. etc.

1047. *Avaritia innata.* Poen. I, 2, 81. *In-*

Plus mihi auri mille est modiorum Philippei.

PALAESTRIO.

Praeter thesaurum,
Tum argenti montes non massas habet. Aetna
mons non aeque altus.

---

vidia in me nunquam innata'st, neque malitia. Ter. Andr. IV, 1, 2. *Vecordia innata cuiquam.*

1049. *Mille modiorum.* Dictum vt *mille hominum*, *mille nummûm* etc. *mille* enim h. l. substantivum est. *Praeter thesaurum.* Vide, vt assentator mendacium Militis adhuc augeat! Thesauri autem nomine h. l. argentum non comprehendi videtur.

1050. *Argenti montes.* Quoties apud Plautum et Terentium fit mentio *argenti*, signatum fere intelligitur; quum Ictis de argento facto vel infecto plerumque vsurpetur. v. Westerh. ad Ter. Heaut. II. 3. 88. *Montis* autem appellatione omnia magna veniunt. Virg. Aen. I, 109. *praeruptus aquae mons.* Mostell. II, 1, 5. *mali moeroris montem maxumum.* Pseud. I, 2, 55. *montes maxumi acervi.* Sallust. Catil. 23. *Maria montesque polliceri coepit.* Cf. Athen. Deipnos. L. XII. εἶχε (sc. rex Ninus) χρυσιου κονιου, Ter. Phorm. I, 2, 18. Schol. Aristoph. Acharn. 82. Eodem modo et nostri vtuntur poëtae hac voce e. g. de Haller: *Gebirge Millionen;*

MILPHIDIPPA.

Heu ecastor hominem periurum.

PALAESTRIO.

Vt ludo!

MILPHIDIPPA.

Quid ego? Vt sublecto!

Sed amabo mitte me actutum.

PALAESTRIO.

Quin tu huic respondes aliquid,

Schiller: *Unter mir lag's noch bergetief in purpurner Finsternifs da.* *Massas.* Gloss. vet. *Massa*, βῶλος ἀργύρου ἢ ἄλλης ὕλης. *Aetna mons non aeque altus.* Sc. ac sunt montes argenti, quos habet Miles. Hyperbole insignis.

1051. *Hominem perjurum.* Mendacem. *Vt ludo.* Quam lepide ludifico sc. Militem. Haec submissa voce Palaestrio vt audiant tantum spectatores et Milphidippa. *Quid ego? vt sublecto?* Idem dicit Milphidippa aliis verbis. Quid ego? inquit, quam scite ei palpando os demulceo? quomodo ei os sublino? *Sublectare* absolute positum h. l. i. q. oblinire os, falsa spe ducere.

1052. *Quin tu huic respondes aliquid.* Haec Palaestrio ad Militem.

Aut facturum, aut non facturum. Quid illam miseram animi excrucias,
Quae nunquam male de te merita est?

PYRGOPOLINICES.

At iube eampse exire huc ad nos.
Dic me omnia, quae volt facturum.

MILPHIDIPPA.

Facis nunc vt facere aequom;
Quod quae te volt, eandem tu vis.

PALAESTRIO.

Non haec insulsum habet ingenium.

MILPHIDIPPA.

Quomque me oratricem haud sprevisti, sistique te exorare.

1053. *Animi excrucias.* Terent. Phorm. I, 4, 10. *Eheu me miserum! quum mihi paveo, tum Antipho me excruciat animi.*

1054 *Exire.* Sc. domo.

1057. *Sistique te exorare.* Sivistique me abs te exorare, i. e. impetrare. Bacch. V, 2, 51. *Sine hoc exorare abs te.*

Quid est? Vt ludo!

PALAESTRIO.

Nequeo hercle quidem risu me admoderari:

Ob eam causam huc abs te avorti.

PYRGOPOLINICES.

Non edepol tu scis, mulier,

Quantum ego honorem nunc illi habeo.

MILPHIDIPPA.

Scio, et istuc illi dicam.

PALAESTRIO.

Contra auro alii hanc vendere potuit operam.

MILPHIDIPPA.

Istuc pol tibi credo.

PALAESTRIO.

Meri bellatores gignunter, quas hic praegnantes fecit:

1058. *Me admoderari.* Mihi temperare.

1059. *Abs te avorti.* Me abs te averti, ne Miles me ridentem videret, et hoc pacto se derideri intelligeret.

1062. *Meri bellatores.* *Merus* a linguae latinae autoribus ponitur pro vero, praestanti, non

Et pueri annos octingentos vivunt.

MILPHIDIPPA.

Vae tibi nugator.

PYRGOPOLINICES.

Quin mille annorum perpetuo vivunt, ab seculo ad seclum.

PALAESTRIO.

Eo minus dixi, ne haec censeret me advorsum se mentiri.

---

ficto aut simulato: pro insigni, vehementi. Ita *merum lac* in Lucretio I, 261. est recens, bonum, purum putumque. Hoc autem totum a Graecis sumptum est, qui eodem modo vsurpant τὸ ἄκρατον: ἄκρατος ὀργή, ἄκρατον ψεῦδος etc. Sensus: Nil nisi veri et praestantes bellatores nascuntur ex iis foeminis, quas hic praegnantes fecerit. Non absimile est, quod Thraso Falkianus profert Amphitr. II, 8 *Wie, Schurke, weisst du nicht, dass, was ein ächt Soldatenblut ist, Dass das marschirt, so wie es auf die Welt kömmt?*

1063. *Vae tibi nugator!* Haec ad spectatores, a Milite aversa, loquitur ancilla.

1064. *Mille annorum.* Mille annos. v. supra vs. 1049.

1065. *Eo.* Ideo, hanc ob caussam. *Advorsum se.* Praesente ipsa, vt Bacch. IV, 4, 47.

MILPHIDIPPA.

Perii! Quot hic ipse annos vivet, quoius filii tam diu vivunt?

PYRGOPOLINICES.

Postriduo natus sum ego, mulier, quam Juppiter ex Ope natus est.

PALAESTRIO.

Si hic pridie natus foret, quam ille est, hic haberet regnum in coelo.

MILPHIDIPPA.

Jamiam sat amabo est; finite abeam, si possum, viva a vobis.

1066. *Quot hic ipse annos vivet.* Nam aetas posterior, aetate majorum deterior est. Horat. Od. III, 6, 45. *Damnosa quid non imminuit dies? Aetas parentum, peior avis, tulit Nos nequiores mox daturos Progeniem vitiosiorem.*

1067. *Postriduo.* Postridie. *Quam Juppiter ex Ope natus est. Ops*, quae et Cybele, et magna mater, et mater deûm, et Terra vocatur. Ergo non ita longe post mundum creatum.

1068. *Si hic.* Miles. Haec Palaestrio ad Milphidippam. *Foret.* Fuisset. *Ille.* Jupiter.

1069. *Jamjam sat amabo est* etc. Proinde ac si dicat vos me enecatis vestris istis verborum

PALAESTRIO.

Quin ergo abis, quando responsum est.

MILPHIDIPPA.

Ibo atque illam huc adducam,

Quam propter opera est mihi. Nunquid vis?

PYRGOPOLINICES.

Ne magis sim pulcher, quam sum:

---

vanitatibus et nugis: quare missam me facite, vt viva a vobis decedam, i. e. ne risu rumpar vel risu emoriar. Ter. Eun. III, 1, 42. *Risu omnes, qui aderant, emoriri.* Menander ap. Plutarch. Quomodo adulator etc. T. I. p. 216. Wyttenb. γέλωτι πρὸς τὸν Κύπριον ἐκθανούμενος: et ibid. p. 207. εὐκαίρως ἐγέλας (ex emend. Eichstädtii) ἐγὼ δ'ἐξέθνησκον ὑπὸ τοῦ γέλωτος. Theocr. V, 92. Εἶα λέγ' εἴτι λέγεις, καὶ τὸν ξένον ἐς πόλιν αὖθις Ζῶντ' ἀφές.

1070. *Quin ergo abis.* *Quin* mandantis et indignantis.

1071. *Quam propter opera est mihi.* Cujus gratia operam sumo, cui operam do. *Nunquid vis?* Formula discedentis ab altero. Supra vs. 171. *Nunquid nunc aliud me vis?* Amph. I, 3, 44. Aul. III, 2, 85. Ter. Eun. I, 2, 111. II, 3, 49. Adelph. II, 2, 39.

Ita me mea forma ſollicitum habet.

PALAESTRIO.

Quid hic nunc ſtas, quin abis?

MILPHIDIPPA.

Abeo.

PALAESTRIO.

Atque adeo, audin' tu? Dicito docte et cordate.

MILPHIDIPPA.

Vt cor ei ſaliat.

PALAESTRIO.

Philocomaſio dic, ſi eſt hic, domum vt transeat; hunc hic eſſe.

MILPHIDIPPA.

Hic cum mea hera eſt, clam noſtrum hunc ſermonem ſublegerunt.

1073. *Atque adeo.* Imo, quin potius. *Cordate.* Sapienter, prudenter. *Vt cor ei ſaliat.* Explicatio jocoſa τοῦ *cordate*, quod ſervus dixerat: in amore autem vehementi cor ſubſilire ſolet.

1075. *Sermonem ſublegerunt.* Subauſcultarunt, occulte exceperunt. Simili tralatione

PALAESTRIO.

Lepide factum est: iam ex sermone hoc gubernabunt doctius porro
Rem.

MILPHIDIPPA.

Me morare: abeo.

PALAESTRIO.

Neque te moror, neque te tango, neque te — taceo!

PYRGOPOLINICES.

Jube maturate illam exire huc.

MILPHIDIPPA.

Jam isti rei praevortemur.

---

dixit Pacuvius: *Ex occulto sermonem clepere* i. e. suffurari, et Plautus in Fragm. Aulul. *Ex occulto sermonem ejus sublegam.*

1076. *Jam ex sermone hoc* etc. Ex nostro sermone, quem furtim exceperunt, negotium susceptum doctius porro gubernabunt et moderabuntur.

1077. *Me morare.* Me moraris. *Neque te* — Κατ' ἀποσιώπησιν, taceo!

1078. *Maturate.* *Maturate properare* est festinationis moderatae, vt *lente festinare* tardioris maturationis. *Isti rei praevortemur.* Istam

SCENA III.

PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO.

Postquam Miles, amore feruens, et prae cupidine maresque foeminasque inhians, apud animum suum decreuit, vxorem Periplectomenis senis ad se recipere, nunc super Philocomasio dimittenda Palaestrionem consulit. Narrat Palaestrio, adesse matrem sororemque Philocomasii, quibuscum bene domum deuenire possit, simul vero dona omnia, quibus Miles donauerat meretricem, vt secum auferat suadet, persuadetque.

PYRGOPOLINICES.

Quid mihi nunc es auctor, vt faciam, Palaestrio,

---

rem caeteris posthabitis agemus. Capt. II, 3, 100. *Sequere tu, te ut amittam, ei rei primum praevorti volo.*

1079. *Quid mihi nunc es auctor?* Quid mihi nunc suades? *Auctor* est, de cuius sententia et consilio res geritur. Pseud. I, 3, 2. *Quid mihi es auctor?* Ter. Adelph. V, 8, 16. *Idne estis auctores mihi?* Cic. pro A. Cluent. 5. *Nubit genero socrus, nullis auspicibus, nullis auctoribus, funestis ominibus omnium.*

De concubina? Nam nullo pacto potest
Prius haec in aedes recipi, quam illam omiserim.

PALAESTRIO.

Quid me consultas, quid agas? Dixi equidem tibi.
Quo pacto id fieri possit clementissume.
Aurum atque vestem omnem muliebrem habeat sibi,
Quae illi instruxisti: sumat, abeat, auferat.
Dicasque tempus maxumum esse, vt eat domum:
Sororem geminam adesse et matrem, dicito,

1081. *Haec.* Vxor vicini Periplectomenis: sic enim opinatur Miles. *Illam*, Philocomasium.

1083 *Clementissume.* Tranquillissime, sine minima offensione Philocomasii.

1084. *Aurum atque vestem.* V. vs. 967.

1085. *Instruxisti.* Parasti, suppeditasti. Notanda constructio.

1086. *Tempus maxumum.* Ἀκμὴν τοῦ καιροῦ: tempus vltimum, post quod nulla superest alia occasio id agendi, de quo agitur: nos, *die höchste Zeit.* Tacit. Agric. 34. *Imponite expeditionibus magnum diem i. e. vltimum, supremum.*

Quibus concomitata recte deveniat domum.

PYRGOPOLINICES.

Qui tu ſcis eas adeſſe?

PALAESTRIO.

Quia oculis meis

Vidi hic ſororem eſſe eius.

PYRGOPOLINICES.

Conventne eam?

PALAESTRIO.

Convenit.

PYRGOPOLINICES.

Ecquid fortis viſa eſt?

1088. *Recte.* Tuto et ſine periculo, ſive honeſte et ſine dedecore.

1090. *Conventne eam?* Num venit ad eam?

1091. *Fortis.* Formoſa, vt explicat Nonius IV, 195. Bacch. II, 2, 38. *Sed Bacchis etiam fortis tibi viſa eſt?* Cf. Servius ad Virg. Aen. IV, 149. Nimirum *forte* dicebant veteres quidquid quaque in re excelleret: inde fortis pro formoſo, pro divite, pro nobili. Trin. V, 2, 9. *fortem familiam* i. e. divitem vel potentem. v. Scaliger de Cauſ. L. L. I, 22. Auſonius Epiſtola ad Heſperium: *Si qua tibi in his verſiculis videbuntur, nam vereor vt multa*

PALAESTRIO.

Quin potius, quom tute ades, tuam rem tute agas.
Dicas vxorem tibi necessum esse ducere,
Cognatos persuadere, amicos cogere.

PYRGOPOLINICES.

Itane tu censes?

PALAESTRIO.

Quid ego ni ita censeam?

PYRGOPOLINICES.

Ibo igitur intro: tu hic ante aedes interim
Speculare, vt vbi illaec prodeat, me provoces.

PALAESTRIO.

Tu modo istuc cura: quod ais, curatum id quidem est.

Conveniens sermo i. e. tibi convenit, cum illa loqui.

1103. *Necessum.* Necesse.

1104. *Cognatos persuadere.* Quorum consensus necesse erat ad ineundas nuptias.

1105. *Quid ego ni.* Tmesis, pro quidni ego.

1107. *Speculare.* Quasi e specula prospice. *Provoces.* Foras, in publicum voces.

PYRGOPOLINICES.

Quin si voluntate nolet, vi extrudam foris.

PALAESTRIO.

Istuc cave faxis: quin potius per gratiam
Bonam abeat abs te, atque illaec, quae dixi, dato:
Aurum, ornamentaque, quae illi instruxisti, ferat.

PYRGOPOLINICES.

Cupio hercle.

PALAESTRIO.

Credo te facile impetrassere.
Sed abi intro, noli stare.

PYRGOPOLINICES.

Tibi sum obediens.

1109. *Voluntate.* Sua sponte.

1110. *Cave faxis.* Cave, ne feceris. *Per gratiam bonam.* Sic Icti dicunt matrimonium dissolvi *bona gratia*, ἀγαθῇ χάριτι, *bona venia*, *amicabili separatione*, μετ' εὐλόγου αἰτίας, *sine querela*, ἄνευ μέμψεως.

1113. *Impetrassere.* Impetraturum esse. Aul. IV, 7, 6. *Et istuc confido a fratre me impetrassere.*

PALAESTRIO.

Nunquid videtur demutare, atque vti ego
Dixi esse vobis dudum hunc moechum Militem?
Nunc ad me vt veniat, vſu'st, Acroteleutium
Ancillula eius et Pleuſides. Pro Juppiter,
Satin' vt commoditas vsquequaque me adiuvat!
Nam quos videre exoptabam me maxume
Vna video exeunteis hinc e proxumo.

1115. *Nunquid videtur* etc. Haec Palaeſtrio, ad ſpectatores, ſolus in proſcenio relictus, domum ingreſſo Milite. *Demutare*, Alius eſſe quam qualem eſſe dudum dixi.

1117. *Vſu'st.* Opus eſt.

1119. *Commoditas.* Opportunitas, vel ipſa commoditatis dea.

SCENA IV.

ACROTELEUTIUM, MILPHIDIPPA. PLEUSIDES. PALAESTRIO.

Palaestrio instruit Acroteleutium et Pleusidem, et quae sint cuiusque partes docet.

ACROTELEUTIUM.

Sequimini, simul circumspicite, ne quis adsit arbiter.

MILPHIDIPPA.

Neminem pol video, nisi hunc, quem volumus conventum.

PALAESTRIO.

Vt ego vos.

MILPHIDIPPA.

Quid agis, noster architecte?

1193. *Quem volumus conventum.* Quem convenire volumus. Ludit Plautus in verbo *conventum*: nam meretricium est rei venereae. Terent. Hec. I, 2, 120. *nam constitui cum quodam hospite Me esse illum conventuram;* vbi Donatus: *De huiusmodi rebus dicitur constituere et convenire, de cuiusmodi rebus apud extraneos meretrices agunt.*

PALAESTRIO.

Egone architectus? Vah!

MILPHIDIPPA.

Quid est?

PALAESTRIO.

Qui enim non sum dignus prae te, vt figam palum in parietem.

ACROTELEUTIUM.

Eia vero!

PALAESTRIO.

Nimis facete, nimisque facunde mala est. Vt lepide deruncinavit Militem!

1125 *Qui enim non sum dignus* etc. Rogas, quid sit, quamobrem mirer, me abs te architectum dici, qui non sim dignus prae te, vt palum figam in parietem. *Figere palum in parietem* cuiuslibet sc hominis est, etiam architecturae imperiti.

1126. *Eia vero.* Correctionem significat. *Ei freilich!* Ironia. Rud. II, 3, 9. *Sed Pleusidippus tuus herus vbi, amabo, est? Tr. Eia vero, Quasi non sit intus. Nimis facete* etc. Loquitur nunc de Acroteleutio in tertia persona, oratione ad spectatores versa.

1127. *Deruncinavit.* Runcina dissecuit, admutilavit i. e. decepit. Est autem *runcina*, serrae

ACROTELEUTIUM.

At etiam parum.

MILPHIDIPPA.

Bono animo es, negotium omne iam succedit sub manus.

Vos modo porro, vt occepistis, date operam adjutabilem.

Nam ipse Miles concubinam intro abiit oratum suam,

Ab se vt abeat cum sorore et matre Athenas.

ACROTELEUTIUM.

Eu, probe!

PALAESTRIO.

Quin etiam aurum atque ornamenta, quae ipse instruxit, mulieri

---

genus, ῥυγχάνη Graecis, et *Schrootsäge* Nostratibus. Capt. III, 4, 198. *Tum igitur ego deruncinatus, deartuatus sum, ego Huius sceleſti technis.*

1128. *Negotium omne — manus.* Supra vſ. 863. *Lepide hoc succedit sub manus negotium.*

1129. *Date operam adjutabilem.* Date operam, qua res adjuvetur, adjuvate rem. *Adjutor* qui consilio et operâ nobis adest, et in scena qui adjuvabat histriones in agendis partibus.

Omnia dat dono, a se vt abeat: ita ego consilium ei dedi.

PLEUSIDES.

Facile istuc quidem est, si et illa volt, et ille autem cupit.

PALAESTRIO.

Non tu scis, cum ex alto puteo sursum ad summum escenderis,
Maxumum periculum inde esse, a summo ne rursum cadas?
Nunc haec res apud summum puteum geritur; si prosenserit
Miles, nihil hinc ferri poterit huius. Nunc quam maxume
Opus est dolis.

1135. *Ex alto puteo.* Ex imo puteo.

1136. *Rursum cadas.* Recidas.

1137. *Nunc haec res apud* etc. Ἀνταπόδοσις. Sensus: nunc hoc negotium, quod gerimus, ad extremum fere perductum est.

1138 *Nihil hinc ferri poterit huius.* Nihil huius rei, quam struimus, confici poterit, nihilque huius auferri, si Miles dolos olfecerit: quare nunc cummaxime dolis vtendum est caute.

PLEUSIDES.

Domi esse ad rem video silvae satis:
Mulieres tres: quartus tute es, quintus ego, sextus senex.

PALAESTRIO.

Quot apud nos fallaciarum est excisum! Certo scio
Oppidum quodvis videtur posse expugnari dolis.
Date modo operam.

ACROTELEUTIUM.

Id nos ad te, si quid velles, venimus.

PALAESTRIO.

Lepide facitis. Nunc hanc tibi ego impero provinciam.

1139. *Domi esse.* V. vs. 191. *Silvae.* Materies, ligna.

1141. *Excisum.* *Excidere*, vnde excisum, proprie ponitur de arboribus, vel lignis caedendis, et respicit ad praecedens *silvas*.

1143. *Id.* Propter id, idcirco, vt nostra opera vterere.

ACROTELEUTIUM.

Impetrabis, imperator, quod ego potero, quod voles.

PALAESTRIO.

Militem lepide et facete et laute ludificarier
Volo.

ACROTELEUTIUM.

Voluptatem ecaſtor mihi imperas.

PALAESTRIO.

At ſcin' tu quemadmodum?

ACROTELEUTIUM.

Nempe vt aſſimulem me amore iſtius differri.

1145. *Imperator.* Quoniam antea dixerat Palaeſtrio *impero.* *Quod ego potero.* Quoad ego potero, ſi ego potero, quantum in me eſt.

1146. *Laute.* Magnifice, luculenter, λαμπρῶς.

1147. *Voluptatem ecaſtor mi imperas.* Imperas mihi, quae mihi pergrata ſunt, quae per ſe volens lubensque facio. *At ſcin' tu quemadmodum?* Sc. Militem ludificari volo.

1148. *Differri.* Discruciari, dilaccrari; Turpilius ap. Nonium Marcellum: *Intercapedine inter-*

PALAESTRIO.

Rem tenes.

ACROTELEUTIUM.

Quasique istius caussa amoris ex hoc matrimonio
Abierim, cupiens istius summe nuptiarum.

PALAESTRIO.

Ordine is:
Nisi modo vnum hoc: hasce esse aedes dicas dotalis tuas:

---

ficior, desiderio differor! Cf. Ter. Adelph. III, 4, 40. *Rem tenes.* Rem intelligis, cognitam et perspectam habes. Poen. III, 1, 62. *Tenetis rem?*

1149. *Ex hoc matrimonio abierim.* Divortium cum viro fecerim, a viro discesserim.

1150. *Cupiens istius summe nuptiarum.* Summe cupiens huic nubere, summe cupida nuptiarum militarium. *Ordine is.* *Du bist auf dem rechten Wege.*

1151. *Nisi modo vnum hoc.* Sc. addas velim. *Nisi modo* pro modo, vel dummodo. *Aedes dotalis tuas.* Viro in dotem datas; ex quo factum, vt soluto matrimonio, ad te reversae fuerint. Haec ideo, ne in eas ingredi, vereatur Miles.

Hinc ſenem abs te abiiſſe, poſtquam feceris divortium:
Ne ille mox vereatur introire in alienam domum.

ACROTELEUTIUM.

Bene mones.

PALAESTRIO.

Sed vbi ille exierit intus, iſtic te procul
Ita volo aſſimulare, prae illius forma, quaſi ſpernas tuam,
Quaſique eius opulentitatem reverearis, et ſimul
Formam, amoenitatem illius, faciem, pulchritudinem
Collaudato. Satin' praeceptum'st?

ACROTELEUTIUM.

Teneo. Satin' eſt, ſi tibi

1152. 53. *Hinc.* Hac ex cauſſa. *Vereatur.* *Bedenken finde.*

1156. *Opulentitatem.* Opulentiam. —

1158. *Satin' praeceptum eſt?* Satis tibi a me praemonſtratum eſt, quid abs te fieri volo?

Meum opus ita dabo expolitum, vt improbare non queas?

PALAESTRIO.

Sat! Habeo nunc, tibi vicissim quae imperabo.

PLEUSIDES.

Dicito!

Quam extemplo hoc erit factum.

PALAESTRIO.

Vbi intro haec abierit, tu illico

Facito vt venias huc ornatus ornatu nauclerico,

1159. *Expolitum.* Verbum a fullonibus desumtum. Nam duo olim fullonum officia erant: vnum, vestem eluere et cogere; alterum, eandem creta candefacere. Illud *consiliari* dicebant, hoc *expolire.* Poen. I, 1, 60. *Placet consilium. Mi. Imo etiam, vbi expoliuero Magis hoc tum demum dices: nunc etiam rude'st.*

1160. *Sat.* Haec ad Acroteleutium; quae sequuntur ad Pleusidem. *Vicissim.* Ab altera parte.

1161. *Quam extemplo.* Cum primum, *sogleich. Intro.* In domum Periplectomenis.

1162. *Ornatu nauclerico.* Ornatus in morem naucleri. *Nauclerus* (ναύκληρος) autem, Lati-

Causiam habeas ferrugineam, culcitam ob oculos laneam.

Palliolum habeas ferrugineum: (nam is colos thalassicu'st)

---

nis *naviculator* et *navicularis* appellatus, navis dominus vel gubernator.

1163. *Causiam.* *Causia* vel *causea* pileus est latas oras et margines habens, ad prohibendum solis aestum: a καίω, *vro*, *incendo*. Valer. Maxim. V, 1. *Causea*, *qua velatum caput suum more Macedonum habebat*, *texit.* Suidas: Καυσία, εἶδος πίλου βαρβαρικοῦ. Ejusdem generis est, *galerus* vel *galerum*, aliis *vmbella*, viaticum Mercurii pileum, quod temperat astra i. e. calorem. *Ferrugineam.* Subnigram. Proprie est ferrei coloris, qui color ex rubri nigrique mixtura constat. Gloss. *Ferrugo*, πορφύρα μέλαινα. *Culcitam ob oculos laneam.* Vt habeas panniculum laneum circa oculos, ad tegendum oculorum malum, quo simulabis te laborare. *Culcita*, *eine Binde:* pannus mollis consutus et contextus ciliciisque impletus pilis. Qui oculorum vitio laborabant, id genus panniculum laneum oculis praetendebant, dicebanturque *lanoculi.* Festus: *Lanoculus*, *qui lana tegit oculi vitium.*

1164. *Colos thalassicus.* Θαλάσσικος, marinus. *Colos*, vt *odos*, *vapos* etc. dixerunt veteres pro *color*, *odor*, *vapor*.

Id connexum in humero laevo, expapillato brachio
Praecinctus aliqui, aſſimulato quaſi gubernator ſies.
Atque apud hunc ſenem omnia haec ſunt: nam is piscatores habet.

PLEUSIDES.

Quid? Vbi ero exornatus, quin tu dicis, quid facturus ſim?

1165. *Expapillato brachio.* Brachio vsque ad papillam renudato. Juvenal. Sat. I, 23. *Maevia Thuscum Figat aprum et nuda teneat venabula mamma.* Virg. Aen. VI, 301. de Charonte: *Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.*

1166. *Praecintus aliqui.* Intell. ſis. *Aliqui* i. e. aliqua parte corporis, vel aliquo modo. *Praecinti* autem dicuntur, qui veſtem ſuſtulerunt, eamque ſublatam praecinxerunt, vt ſint ad iter faciendum aut ambulandum expeditiores. Horat. Sat. I, 5. 5. *Hoc iter ignavi diviſimus, altius ac nos Praecinctis unum.* et Ibid. II, 8. 70. *vt omnes Praecincti recte pueri comtique miniſtrent.*

1168. *Quin tu dicis.* Quam ob rem tu non dicis.

PALAESTRIO.

Huc venito, et matris verbis Philocomaſium arceſſito,
Vt, ſi itura Athenas eſt, eat tecum ad portum cito:
Atque adiubeat ferri in navim, ſi quid imponi velit.
Niſi eat, te ſoluturum eſſe navim: ventum operam dare.

PLEUSIDES.

Satis placet pictura, perge.

PALAESTRIO.

Ille extemplo illam hortabitur
Vt eat, vt properet, ne morae ſit matri.

1169. *Matris verbis.* Juſſu matris, quaſi miſſus a matre.

1171. 72. *Imponi.* Sc. navi. *Te ſoluturum eſſe navim.* Sc. e portu i. e. te profecturum. *Ventum operam dare.* Ventum ſecundum eſſe, ventum adjuvare profectionem.

1173. *Pictura.* Deſcriptio fallaciae in Militem ſtruendae.

1174. *Ne morae ſit matri.* Ne matrem

PLEUSIDES.

Modice ſapis.

PALAESTRIO.

Ego illi dicam, vt me adiutorem, qui onus feratm ad portum, roget.
Ille iubebit me ire cum illa ad portum. Ego adeo, vt tu ſcias,
Prorſum Athenas protinus abibo tecum.

PLEUSIDES.

Atque vbi illo veneris
Triduum ſervire nunquam te, quin liber ſis, ſinam.

PALAESTRIO.

Abi cito, atque orna te.

PLEUSIDES.

Nunquid aliud?

PALAESTRIO.

Haec vt memineris.

---

moretur. *Modice ſapis.* Admodum, multis modis ſapis.

1175. *Illi.* Philocomaſio. *Vt me adjutorem roget.* Vt Militem roget, det me ſibi adjutorem.

1177. *Prorſum.* Recta.

PLEUSIDES.

Abeo.

PALAESTRIO.

Et vos abite hinc intro actutum: nam illum hinc fat fcio

Jam exiturum effe intus.

ACROTELEUTIUM.

Celebre apud nos imperium tuum eft.

PALAESTRIO.

Agite, abfcedite ergo. Ecce autem commodo aperitur foris.

Hilarus exit, impetravit; inhiat, quod nusquam eft, mifer.

1181. *Jam exiturum effe intus.* Jam exiturum effe domo, et in aedes Periplectomenis introiturum. *Celebre apud nos imp. tuum eft.* Q. d. multa funt quae nobis imperaveris; fat eft, define nunc! *Celebre imperium*, praecepta frequentia.

1182. *Commodo.* Opportune.

1183. *Hilarus exit.* Sc. Miles. *Inhiat, quod nusquam eft.* Expetit et concupifcit, quod nullo in loco eft, matronae concubitum et nuptias. Tralatio a feris ore hiante praedam petentibus.

SCENA V.

PYRGOPOLINICES, PALAESTRIO.

Miles, rediens a Philocomasio, Palaestrioni narrat, se non sine magno labore tandem ab illa impetrasse, vt a se abiret, eique ipsum Palaestrionem dono dedisse. Palaestrio vix ferre posse simulat, se a Milite disjungi.

PYRGOPOLINICES.

Quod volui, vt volo, impetravi per amicitiam et gratiam
A Philocomasio.

PALAESTRIO.

Quidnam tam intus fuisse te dicam diu?

PYRGOPOLINICES.

Nunquam ego me tam sensi amari, quam nunc ab illa muliere.

1184 *Quod volui.* Vt sc. per bonam gratiam a me discederet Athenasque abiret.

1185. *Quidnam tam — diu?* Quamobrem te tam diu intus, apud Philocomasium, fuisse dicam?

PALAESTRIO.

Quid iam?

PYRGOPOLINICES.

Vt multa verba fecit, vt lenta materies fuit!
Verum postremo impetravi vt volui, donavique ei
Quae voluit, quae postulavit; te quoque ei dono dedi.

PALAESTRIO.

Etiam me? Quomodo ego vivam sine te?

PYRGOPOLINICES.

Age, es animo bono;
Idem ego te liberabo: nam si possem vllo modo
Impetrare vt abiret, ne te abduceret, operam dedi;

1187. *Vt lenta materies fuit!* Quam tarde negotium processit! Quam difficulter, quod volui, impetravi! *Lenta materies* est, quae tarde et non sine difficultatibus expeditur.

1190. *Es.* Esto.

1192. *Vt abiret, ne te abduceret.* Vt sine te abiret.

Verum oppressit.

PALAESTRIO.

Deos sperabo, teque. Postremo, tamen-

Etsi istuc mihi acerbum'st, quia hero te carendum est optumo,

Saltem id volupe est, cum ex virtute formae evenit tibi

Mea opera super hanc vicinam, quam ego nunc concilio tibi.

1193. *Verum oppressit.* *Opprimere* in petitionibus i. q. pervincere, vt id fiat, quod volumus. Statius Achill. I, 242. *Sic premit astra dies* pro vincit, exsuperat, vt explicat vet. Schol. *Deos sperabo, teque.* Spem in diis et te positam habebo. Cistell. II, 3, 52. *deosque teque spero.* *Postremo* Et si etiam spes mea me fallat, hoc certe mihi superest. *Tamenetsi.* Tametsi: particula conjunctiva *etiamsi* denotans.

1195. *Ex virtute formae.* Pro dignitate et praestantia formae tuae, pro pulchritudinis tuae excellentia.

1196. *Super hanc vicinam.* De hac vicina, quod tu cum ista via vicina.

PYRGOPOLINICES.

Quid opu'st verbis? Libertatem tibi ego et divitias dabo,
Si impetras.

PALAESTRIO.

Reddam impetratum.

PYRGOPOLINICES.

At gestio.

PALAESTRIO.

At modice decet;
Moderare animo, ne sis cupidus. Sed eccam ipsam, egreditur foras.

1198. *Si impetras.* Si perficis, vt sit mea. *Reddam impetratum.* Faciam vt impetres. *At gestio.* Valde etiam cupio. *Gestire* est gestibus et motu corporis magnum desiderium declarare. Ter. Eun. III, 5, 7. *Quid gestiam, aut quid laetus sim.* *At modice decet.* At moderate cupere et laetari oportet.

1199. *Moderare animo ne sis cupidus.* Animum tuum rege, ne nimis sis cupiens.

SCENA VI.

MILPHIDIPPA. ACROTELEUTIUM. PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO.

Ad militem accedit ipsa Acroteleutium cum Milphidippa, et illum ad se venire invitat; quam etiam Miles in domum ipsius sequi promittit. Caeterum haec scena jocis salibusque refertissima: ab omnibus eluditur Miles, et magis magisque inflatur, usque dum fere rumpatur.

MILPHIDIPPA.

Hera, eccum praesto Militem.

ACROTELEUTIUM.

Vbi is est?

MILPHIDIPPA.

Ad laevam, videto,
Adspicito limis oculis, ne ille nos se videre sentiat.

ACROTELEUTIUM.

Video. Edepol nunc nos tempus est malas peiores fieri.

1201. *Limis oculis.* *Limus oculus* est transversus et obliquus, sed et lasciviae et amorum index. Eun. III, 3, 53. *ego limis specto Sic per flabellum clanculum.* Ovid. Amor. III, 1, 33. *Altera, si memini, limis subrisit ocellis.*

MILPHIDIPPA.

Tuum eſt principium.

ACROTELEUTIUM.

Obſecro, tute ipſum conveniſti? Ne parce voci, vt audiat.

MILPHIDIPPA.

Cum ipſo pol ſum ſequuta.

1203. *Tuum eſt principium.* Tuum eſt incipere.

1204. *Ne parce voci. Nicht ſo leiſe, nur lauter. Cum ipſo pol ſum ſequuta.* Vere locuta ſum cum illo. *Sequi cum aliquo* eſt ſermonem caedere. *Seco* et *ſequor* antiqui pro *dicere* vſurpabant. Hinc *ſequeſter* et *inſequo*. Livius Andronic: *Inſeque Muſa vinum verſutum.* Ovid. Metam. XIII, 747. *Refer, o cariſſima, dixit: Neve tui cauſſam tege, ſum tibi fida, doloris. Nereis his contra reſecuta* (i. e. relocuta) *Crataeide natam eſt.* et VIII, 865. *bis eſt reſecuta gaudentem* i. e. reſpondit. Hoc a Graeco ἔσπετέ μοι Μοῦσαι. Dicitur autem poëtice ἔσπομαι pro ἕπομαι, et ἕπω vel ἔσπω eſt *facio aliquem ſequi*, quod faciunt qui praeeunt ſequentibus; ſic qui verbis alicui praeeunt, quaſi dictantes ἕπειν dicuntur. Latini veteres *inſequens* dixerunt v. Gellius N. A. XVIII, 9. Cf. Not. ad Trin. II, 3, 6.

Placide ipsa dum libitum est mihi, otiose, meo arbitratu.

PYRGOPOLINICES.

Audin', quae loquitur?

PALAESTRIO.

Audio. Quam laeta est, quia adit ad te!

ACROTELEUTIUM.

O fortunata mulier!

PYRGOPOLINICES.

Vt amari videor?

PALAESTRIO.

Dignus es!

ACROTELEUTIUM.

Mirum ecastor praedicas, te adisse atque exorasse.

1205. *Placide.* Facili negotio, sine magno labore. *Dum libitum est mihi.* Quamdiu libitum est mihi.

1206. *Audin'* etc. Haec Miles submissa voce ad Palaestrionem.

1207. *O fortunata mulier.* Respondet nunc Acroteleutium ancillae, quam felicem praedicat.

Per epistolam, aut per nuncium, quasi regem,
adiri eum aiunt.

MILPHIDIPPA.

Namque edepol vix fuit copia adeundi atque
impetrandi.

PALAESTRIO.

Vt tu inclitus apud mulieres!

1209. *Quasi regem adiri eum aiunt.* Reges aut regia potestate omnes per epistolam, aut per nuntium adibantur. Tacit. Annal. IV, 38. de Tiberio: *Moris quippe tum erat quamquam praesentem, scripto adire.* Sic et majestati et securitati consuli credebatur. Id praesertim de regibus Persarum valebat, quos omnes per epistolam vel nuntium adibant. Cornelius Nepos in Conone Cap. 3. *Conon a Pharnabazo ad regem missus, postquam venit, primum ex more Persarum ad Chiliarchum, qui secundum gradum imperii tenebat, Tithraustem accessit, seque ostendit, cum rege colloqui velle: nemo enim sine hoc admittitur.* v. Brisson de Regno Pers. Lib. 1. Difficile etiam fuisse imperatores adire et cum illis colloqui ostendit Amphis Comicus ap. Athen. p. 224.

1210. *Namque edepol vix fuit* etc. *Es wurde mir aber auch wahrlich schwer genug* etc. *Namque edepol* pro sane profecto.

PYRGOPOLINICES.

Patiar, quando ita Venus volt.

ACROTELEUTIUM.

Veneri pol habeo gratiam, eandemque et oro et quaeſo,
Vt eius mihi ſit copia quem amo, quemque expeteſſo;
Benignusque erga me vt ſiet, quod cupiam ne gravetur.

MILPHIDIPPA.

Spero ita futurum, quanquam illum multae ſibi expeteſſunt:
Ille illas ſpernit ſegregatque ab ſe omnes, extra te vnam.

ACROTELEUTIUM.

Ergo iſte metus me macerat, quod ille faſtidioſus eſt,

1212. *Patiar.* Miſeria enim eſt, nimis pulchrum eſſe hominem, nimisque inclitum apud mulieres. *Quando.* Quoniam, quia. *Venus.* Quae reddit amabiles, facitque in amore fortunatos.

1214. *Benignus.* Liberalis. *Quod cupiam ne gravetur.* Ne gravetur id facere, quod cupiam.

Ne oculi eius sententiam mutent, vbi viderit me,
Atque eius elegantia meam extemplo speciem spernat.

MILPHIDIPPA.

Non faciet, bonum animum habe.

PYRGOPOLINICES.

Vt ipsa se contemnit!

ACROTELEUTIUM.

Metuo, ne praedicatio tua nunc meam formam exsuperet.

MILPHIDIPPA.

Istuc curavi, vt opinione illius pulchrior sis.

ACROTELEUTIUM.

Si pol me volet ducere vxorem, genua amplectar.

1218. *Ne oculi ejus* etc. Ne, vbi viderit me, eo ipso adspectu sententia eius de me mutetur, vbi sc. me non talem viderit, qualem opinione praeceperat, et ne ejus formae praestantia meam continuo formam aspernetur.

1220. *Contemnit.* Parvi facit sc. prae me.

1225. *Si pol me volet* etc. Supplex eum orabo, si forte supplicando potero ab eo impetrare, vt me vxorem velit.

Atque obſecrabo: aliquo modo ſi non quibo impetrare,
Conſciſcam letum. Vivere ſine illo ſcio me non poſſe.

PYRGOPOLINICES.

Prohibendam mortem video mulieri. Adibon'?

PALAESTRIO.

Minime:
Nam tu te vilem feceris, ſi te vltro largiere.
Sine vltro veniat, quaeritet, deſideret, exſpectet.

1224 *Aliquo modo ſi non quibo impetrare.* Et ſi nullo modo hoc ab ipſo impetrare poſſum.

1225. *Conciſcam letum.* Me ipſam interficiam. Hoc ipſo ſummam prae ſe fert amoris vehementiam. Cf. P. Mollus ad Long. Paſtor. IV, 20.

1226. *Mulieri.* A muliere.

1227 *Tu te vilem feceris.* *Du würdeſt dich herabſetzen, herabwürdigen.* *Si te vltro largiere.* Si te non rogatus, non prior ab ea provocatus.

1228. *Sine vltro veniat.* Sine, prior te adeat. *Exſpectet* *Exſpectare aliquem* eſt cupidiſſime deſiderare aliquem, et habet ſignificationem

Summovere iſtam vis gloriam, quam habes?
Cave faxis.
Nam nulli mortali ſcio obtigiſſe hoc, niſi duobus,
Tibi et Phaoni Lesbio, tam miſere vt amarentur.

ACROTELEUTIUM.

Eo intro, abi tu: illum evocato foras, mea Milphidippa.

---

rei venereae dicatam et propriam. Moſtell. I, 3, 31. *Tu ecaſtor erras, quae quidem illum exſpectes vnum.* Terent. Eun. I, 2, 114. *Me ſomnies, me exſpectes, de me cogites.*

1229. *Summovere.* Hoc verbum lictorum eſt proprium, turbam hominum repellentium. *Willſt du dich mit Gewalt um die Ehre bringen?* Horat. Od. II, 16, 10. *neque conſularis Summovet lictor miſeros tumultus Mentis.*

1231. *Phaoni Lesbio.* Quem perdite amavit Sappho, cuiusque in Sicilia tum peregrinantis amore incenſa ſe e Leucade, Epiri promontorio, in mare praecipitem egit. v. Ovid. Heroid. XXI.

1232. *Eo intro.* Loquitur non vt quae introit, ſed quae introire geſtit.

MILPHIDIPPA.

Imo opperiamur, dum exeat aliquis.

ACROTELEUTIUM.

Durare nequeo,

Quin eam intro.

MILPHIDIPPA.

Occluſae ſunt fores.

ACROTELEUTIUM.

Effringam.

MILPHIDIPPA.

Sana non es.

ACROTELEUTIUM.

Si amavit vnquam, aut ſi parem ſapientiam hic habet ac formam,

Per amorem ſi quid fecero, clementi animo ignoscet.

PALAESTRIO.

Vt, quaeſo, amore perdita eſt haec miſera?

PYRGOPOLINICES.

Mutuum ſit.

1233. *Opperiamur.* Exſpectemus. *Durare.* Καρτερεῖν, me continere, mihi moderari.

1237. *Mutuum ſit.* Mutuo eam deperdite amo.

PALAESTRIO.

Tace, ne audiat.

MILPHIDIPPA.

Quid astitisti obstupida? Cur non pultas?

ACROTELEUTIUM.

Quia non est intus, quem ego volo.

MILPHIDIPPA.

Qui scis?

ACROTELEUTIUM.

Scio, edepol, scio: Nam odore nasum sentiat, si intus siet.

PYRGOPOLINICES.

Ariolatur. Quia me amat, propterea Venus fecit eam vt divinaret.

1240. *Odore nasum sentiat.* *Nasum* neutro genere vt Curc. I, 2, 18. *nasum sagax habet* et Amph. I, 1, 288. *Ariolatur.* Divinat.

1241. *Venus fecit eam vt divinaret.* Artem divinandi proprie ab Apolline proficisci notum est; sed et aliis diis eadem adscribitur.

ACROTELEUTIUM.

Nescio, vbi hic prope adest, quem expeto videre: olet profecto.

PYRGOPOLINICES.

Naso pol iam haec quidem videt plus, quam oculis.

PALAESTRIO.

Caeca amore est.

ACROTELEUTIUM.

Tene me, obsecro.

MILPHIDIPPA.

Cur?

ACROTELEUTIUM.

Ne cadam.

MILPHIDIPPA.

Quid ita?

ACROTELEUTIUM.

Quia astare

1242. *Olet profecto.* Odor eius ad me pervenit.

1244. *Quid ita?* Cur, quare?

Nequeo, ita animus per oculos meos defit.

MILPHIDIPPA.

Militem pol
Tu adfpexisti.

ACROTELEUTIUM.

Ita.

MILPHIDIPPA.

Non video, vbi eft?

ACROTELEUTIUM.

Videres pol, fi amares.

MILPHIDIPPA.

Non, edepol, tu illum magis amas, quam egomet, fi per te liceat.

PALAESTRIO.

Omnes profecto mulieres te amant, vt quaeque afpexit.

1245. *Ita animus per oculos meos defit.* Hic Acroteleutium adfpexit Militem: quo facto tantus ardor per eius oculos ad animum permeavit, vt eo commota animo deficiatur. Haec autem omnia belle et facete fimulantur ad Militem ludificandum. *Defit* i. e. deficit.

1247. *Si per te liceat.* Si me amare fineres.

PYRGOPOLINICES.

Nescio, tun' ex me hoc audieris, an non: nepos sum Veneris.

ACROTELEUTIUM.

Mea Milphidippa, adi obsecro et congredere.

PYRGOPOLINICES.

Vt me veretur!

PALAESTRIO.

Illa ad nos pergit.

MILPHIDIPPA.

Vos volo.

PYRGOPOLINICES.

Et nos te.

MILPHIDIPPA.

Vt iussisti,

1249. *Nepos sum Veneris.* Quia ab omnibus amari mulieribus sibi persuasum habet. Vt Neptunus facit bonos et fortunatos navigatores, ita Venus formosos et fortunatos et amabiles amatores. Sic *Columbus Dionaeus* pro homine summe amabili apud Catullum, et *a Gratiis factus* pro suavissimo et elegantissimo. Eodem fere modo Sulla, qui Latinis *felix*, Graecis Ἐπαφρόδιτος cognominatus est.

Heram meam eduxi foras.

PYRGOPOLINICES.

Video.

MILPHIDIPPA.

Jube ergo adire.

PYRGOPOLINICES.

Induxi animum ne oderim, item vt alias, quando hoc orasti.

MILPHIDIPPA.

Verbum hercle facere non potis, si accesserit prope ad te.

Dum te obtuetur, interim linguam oculi praeciderunt.

1252. *Jube ergo adire.* Jube ergo ad te vt veniat.

1253. *Induxi animum* etc. Hoc a me impetravi, ne heram tuam oderim, vt alias mulieres. Haec Miles, adulterii plenus! *Animum inducere ad aliquid faciendum* est invitum facere aliquid, at tamen facere. *Quando*, quia, quoniam.

1254. *Non potis.* Sc. erit, i. e. non poterit.

1255. *Dum te obtuetur, interim* etc. Eleganter: nam in amore, cum oculi cupide quod

PYRGOPOLINICES.

Levandum morbum mulieri video.

MILPHIDIPPA.

Viden' vt tremit, atque ex-
Timuit, postquam te aspexit?

PYRGOPOLINICES.

Viri quoque armati idem istuc faciunt:
Ne tu mirere, plus mulierem. Sed quid volt med agere?

MILPHIDIPPA.

Ad se vt eas: tecum vivere volt atque aetatem exigere.

PYRGOPOLINICES.

Egon' ad illam eam, quae nupta sit? Vir eius est metuendus.

---

amant, inueniuntur, non solum mens, sed etiam lingua obmutescit; ita fit, vt quasi praecipi et praecidi verba ab adspectu videantur. Sic Euripides: ἔρως παρακόπτει φρένας.

1258 *Plus mulierem.* Sc. tremere et extimescere.

1260. *Egon' ad illam eam, quae nupta sit?* Non facit Plautus homines prorsus stolidos

MILPHIDIPPA.

Quin tua caussa exegit virum a se.

PYRGOPOLINICES.

Quid? Qui id facere potuit?

MILPHIDIPPA.

Quia aedes dotales huius sunt.

PYRGOPOLINICES.

Itane?

MILPHIDIPPA.

Ita pol.

PYRGOPOLINICES.

Jube eam domum ire.

Jam ego illic ero.

MILPHIDIPPA.

Vide ne sis in exspectatione,

---

et bardos: vt hic hunc Militem, quamvis plane sit hebes, tardus atque insulsus, non facit ita stolidum, vt prudens ac sciens domum introeat alienam sine suspicione periculi, et vt virum mulieris, cum qua rem habere cogitat, non extimescat.

1263. *Vide, ne sis in exspectatione.* Vide, ne diutius, quam par sit, te sinas exspectari, ne aequo diutius exspecteris. Cic. Ep. ad Attic.

Ne illam animi excrucies.

PYRGOPOLINICES.

Non ero profecto. Abite.

MILPHIDIPPA.

Abimus.

PYRGOPOLINICES.

Sed quid ego video?

PALAESTRIO.

Quid vides?

PYRGOPOLINICES.

Nescio quis eccum incedit

Ornatu quidem thalassico.

PALAESTRIO.

Jam nos volt hic profecto:

Nauclerus est hic quidem.

VIII, 11. *in summa exspectatione res est.* Eodem sensu dicunt *in mora esse.* v. Terent. Andr. II, 6, 13. Adelph. III, 2, 56. et Nostr. Trin. II, 2, 2.

1264. *Non ero.* Sc. in exspectatione.

1266. 67. *Ornatu thalassico* i. e. marino.

PYRGOPOLINICES.

Videlicet arcessit hanc hinc.

PALAESTRIO.

Credo.

SCENA VII.

PLEUSIDES. PALAESTRIO, PYRGOPOLINICES.

Accedit Pleusides, se pro nauclero gerens, vt arcessat Philocomasium in societatem nauigationis.

PLEUSIDES.

Alium alio pacto propter amorem ni sciam
Fecisse multa nequiter, verear magis
Me amoris caussa hoc ornatu incedere.

Supra erat *ornatu nauclerico. Hanc.* Philocomasium.

1263. *Alium alio pacto* etc. Nisi scirem, alios aliis modis propter amorem multa improba vel proterva fecisse.

1270 71. *Me.* Παρέλκει. Merc. III, 4, 59. *Certum est exulatum hinc ire me. Admisse.* Admisisse.

Verum cum multos multa admisse acceperim
Inhonesta, propter amorem, atque aliena a bonis:
Mitto iam, vt occidi Achilles cives passus est —
Sed eccum Palaestrionem, stat cum Milite;
Oratio alio mihi demutanda est mea;
Mulier profecto nata est ex ipsa mora.
Nam quaevis alia quae mora est aeque, mora

1273. *Vt occidi Achilles cives passus est.* Oratio viso Palaestrione abrupta. Achilles propter Amorem Briseidis, cum ea sibi esset erepta, iratus Graecis, ab proelio diu se abstinuit, quod vel ex primis Homeri versibus notum.

1275. *Alio demutanda.* In aliud flectenda. V. vs. 327.

1276. *Mulier profecto nata est ex ipsa mora* etc. Sententia: Mulier dum moratur semper, ex ipsa mora nata videtur: (Cf. Stich. I, 3, 1. vbi Parasitus famem sibi matrem fuisse suspicatur, quoniam ex qua natus sit, nunquam satur fuerit) si quae enim mulieris caussa mora sit, major vulgo creditur, quam quae, licet non sit minor, viri aut alterius alicuius rei gratia affertur. Terent. Heaut. II, 2, 10. *Nosti mores mulierum: Dum moliuntur, dum comuntur, annus est.*

Minor ea videtur, quam quae propter mulie-
rem est.
Hoc adeo fieri credo consuetudine.
Nam ego hanc arcesso Philocomasium. Sed
fores
Pultabo. Heus! ecquis hic est?

PALAESTRIO.

Adolescens, quid est?
Quid tu ais? Quid pultas?

PLEUSIDES.

Philocomasium quaerito,
A matre illius venio: si itura est, eat:
Omnes moratur; navim cupimus solvere.

PYRGOPOLINICES.

Jam dudum res parata est. Heus, Palaestrio,
Aurum, ornamenta, vestem, pretiosum omne
vt ferat.
Duc adiutores tecum ad navim, qui ferant.
Omnia composita sunt, quae donavi, vt ferat.

PALAESTRIO.

Eo.

1282. *Quaerito.* Etiam atque etiam quaero.

1288. 89. *Composita.* Parata. Ter. Hec. IV, 3, 5. *I ergo intro, et compone, quae tecum simul*

PLEUSIDES.

Quaeso hercle propera.

PYRGOPOLINICES.

Non morabitur.

Quid istuc? Quaeso! quid oculo factum est tuo?

PLEUSIDES.

Habeo equidem hercle oculum.

PYRGOPOLINICES.

At laevum dico.

PLEUSIDES.

Eloquar.

Maris caussa hercle istoc ego oculo vtor minus.

---

ferantur. *Non morabitur.* Ita magnos se facientes loquuntur.

1290. *Quid oculo factum est tuo.* Quem sc. obligaverat.

1291. *Habeo equidem hercle oculum.* Respondet Pleusides, quasi interrogasset Miles, quo modo perdidisset oculum. *At laevum dico.* Q. d. Recte tu quidem respondes, te habere oculum, sed duos oculos habent homines, quid factum est laevo tuo oculo?

1292. *Maris caussa.* Mare caussa est, quod sc. illum aegrotum fecit, cur etc.

Nam ſi abſtinuiſſem amare, tanquam hoc vterer.
Sed nimis morantur me diu.

PYRGOPOLINICES.

Eccos, exeunt.

1293. *Si abſtinuiſſem amare.* Ludit Militem ambiguitate vocabuli: Cum enim dicere videbatur duabus vocibus, ſi *a mare* abſtinuiſſem, non id dicit, ſed ſi *amare* abſtinuiſſem. Revera enim amor ipſi in cauſſa fuerat, vt eo oculo minus vteretur, aut ſaltem ita fingeret. *Mare* autem pro *mari* ablat. caſu vſitatum. v. Ovid. Triſt. III, 2, 20. de Ponto IV, 6, 46. etc.

1294. *Nimis morantur me diu.* Sc. ii, quos exſpecto: *Sie halten mich aber auch gar zu lang auf.*

SCENA VIII.

PALAESTRIO. PHILOCOMASIUM. PLEUSIDES. PYRGOPOLINICES.

Philocomasium, cum Pleuside et Palaestrione, abitura, Pyrgopolinicem valere iubet.

PALAESTRIO.

Quid modi flendo, quaeso, hodie facies?

PHILOCOMASIUM.

Quid ego ni fleam?
Vbi pulcherrume egi aetatem, inde abeo.

PALAESTRIO.

Viden' hominem tibi,
Qui a matre et sorore venit.

PHILOCOMASIUM.

Video.

PYRGOPOLINICES.

Audistin', Palaestrio?

1295. *Quid modi flendo facies?* Nunquamne flere desines? *Quid modi* pro quem modum i. q. quem finem Cic. Nat. Deor. III, 38. *Quinam Tantalidarum internecioni modus paretur?* Menaechm. II, 1, 8. *Nam quid modi futurum est illum quaerere? Quid ego ni fleam?* Quidni ego fleam?

PALAESTRIO.

Qid vis?

PYRGOPOLINICES.

Quin tu intus iubes efferri omnia, quae iſti dedi?

PLEUSIDES.

Philocomaſium, ſalve.

PHILOCOMASIUM.

Et tu ſalve.

PLEUSIDES.

Materque et ſoror Tibi ſalutem iuſſerunt dicere.

PHILOCOMASIUM.

Salvae ſient.

PLEUSIDES.

Orant te, vt eas; ventus operam dum dat, vt velum explicent:

1298. *Quin tu intus* etc. Quare tu non iubes domo omnia exportari, quae Philocomaſio dedi?

1301. *Ventus operam dum dat.* Dum ventus navigationem adjuvat.

Nam matri oculi ſi valerent, mecum veniſſet ſimul.

PHILOCOMASIUM.

Ibo, quamquam invita facio omnia: pietas ſic cohibet.

PLEUSIDES.

Sapis.

PYRGOPOLINICES.

Si non mecum aetatem egiſſet, hodie ſtulta viveret.

PHILOCOMASIUM.

Iſtuc crucior, a viro me tali abalienarier.
Nam tu quamvis potis es facere, vti fluat facetiis:

1303. *Pietas ſic cohibet.* Pietas (erga matrem) cogit me vel invitam abire. *Sapis.* Bene agis, quae te piam erga matrem praebeas.

1304. *Hodie ſtulta viveret.* Vsque ad hunc diem ſtulta eſſet. *Stulta* relative poſitum eſt ad Pleuſidis *ſapis*.

1305. *Iſtuc crucior.* Ob iſtuc crucior. Cf. Ter. Phorm. I, 4, 24. 25.

1306. *Quamvis.* Foeminam quamcunque. *Fluat facetiis.* Sit facetiſſima. Ter. Heaut.

Et quia tecum eram, propterea animum eram ferocior.

Eam nobilitatem amittendam video.

PYRGOPOLINICES.

Nimium haec flat.

PHILOCOMASIUM.

Nequeo,

Cum te video.

PALAESTRIO.

Habe bonum animum: scio ego, et quid doleat mihi.

Nam nihil miror, si libenter tu, Philocomasium, hic eras:

V, 1, 72. *Qui nunc luxuria et lascivia Diffluit.* Cic. Lael. 15. *Homines deliciis diffluentes.* Eadem metaphora dixit Cicero *liquescere votis.* Tusc. Quaest. II, 22.

1307. *Animum eram ferocior.* Quoad animum eram ferocior, cordatior, fortior.

1308. *Eam nobilitatem.* Nobiliorem hancce naturam, quam sc. domi suae adepta sum. Haec lacrumans pronunciat. *Nequeo.* Sc. nimium flere, ubi te, talem virum, video ultimo, et non amplius videndum cogito.

Forma huius, mores, virtus; animum attinuere hic tuum.

Quin ego ſervos, quando aſpicio hunc, fleo, quia dijungimur.

PHILOCOMASIUM.

Obſecro; licet complecti, priusquam proficisco?

PYRGOPOLINICES.

Licet.

PHILOCOMASIUM.

O mei oculi, o mi anime!

PALAESTRIO.

Obſecro tene mulierem,

Ne affligatur.

PYRGOPOLINICES.

Quid iſtuc?

PALAESTRIO.

Poſtquam abs te abiit, animo male

1311. *Attinuere hic.* Hic tenuerunt.

1313. *Licet.* Licetne. *Proficisco.* Antique pro proficiscor.

1314. *Tene mulierem.* Philocomaſium ſe exanimatam eſſe ſimularat: ideo Palaeſtrio hortatur Militem aut Pleuſidem, vt eam retineat, *ne affligatur* i. e. ne ad terram gravi caſu allidatur.

1315. *Abiit.* Abire vult. *Animo male*

Factum est huic repente miserae.

PYRGOPOLINICES.

Accurritte intro, atque afferte aquam.

PALAESTRIO.

Nihil aquam moror.

PYRGOPOLINICES.

Cur?

PALAESTRIO.

Malo — Ne interveneris,

---

factam est huic. Animo male est, *animo male factum est alicui*, dicunt Latini, cum significare animi defectionem (*Ohnmacht*) volunt. v. Amph. V, 2, 96. Truc. II, 4, 14. Ter. Adelph. IV, 5, 21.

1316. *Afferte aquam.* Frequentissimum Plauto, animo defectis aquulam obsipare et offundere. Amph. l. c. *Animo male'st, aquam velim.* Cistell. II, 3, 57. *Obsipat aquulam* i. e. recreat me. Curc. II, 3, 32. *Viden' vt expalleat! datin' isti sellam vbi assideat, cito, Et aquulam cum aqua? properatin' ocyus? Curc. Animo male est* etc. Etiam Ajaci vulnerato infunditur aqua, vt ad se redeat Hom. Il. XIV, 418.

1317. *Malo* — Sermo abruptus. Fingit servus, quum nescio quid se malle vellet dicere, in-

Quaeso, dum respiscit.

PYRGOPOLINICES.

Capita inter se nimis nexa hice habent.

Non placet; labra labellis ferruminant arte admodum.

PLEUSIDES.

Tentabam spiraret, an non.

---

terrumpi orationem suam, dum accedit Miles, et ipse eum properat monere, ne, quia conspectus eius mulierem exanimarit dolore discidii, rursus illi se offerat Miles, priusquam ad se redierit, ne prorsus moriatur. Revera autem sentit, malle abesse Militem, ne mimus pateflat.

1318. *Capita inter se* etc. Hice (Pleusides et Philocomasium) capita inter se nimis connexa habent.

1319. *Ferruminant arte admodum.* Nimis arcte conglutinant. *Ferruminare*, a *ferrumen*, quod est gluten vel ligatura ex ferri ramentis vel quavis alia materia fieri solita, i. q. conglutinare, conjungere. *Arte* pro *arcte* in Plauto saepius occurrit.

1320. *Tentabam spiraret, an non.* Bello et scito mendacio suam inconsideratam nequi-

PYRGOPOLINICES.

Aurem admotam oportuit.

PLEUSIDES.

Sin magis vis, ambos mittam.

PYRGOPOLINICES.

Nolo: retineat.

PLEUSIDES.

Flet miser.

PYRGOPOLINICES.

Exite, atque afferte huc intus omnia, isti quae dedi.

PALAESTRIO.

Etiam nunc saluto te, Familiaris, priusquam eo.

---

tiam tegit Pleusides, ne Miles aliquid suspicetur. *Aurem admotam oportuit.* Si hoc tentare volebas, oportuit aurem admovere ori eius, non labra.

1321. *Sin magis vis, ambos mittam.* Si tu mavis, ego ambos missos faciam et relinquam. *Nolo: retineat.* Verbum posterius secum murmurat Miles.

1323. *Familiaris,* Sc. Lar. Lares non solum aedibus, sed et viis, integris et itineribus praefi-

Conservi conservaeque omnes bene valete et vivite.

Bene, quaeso, inter vos dicatis et mihi absenti 1326 tamen.

PYRGOPOLINICES.

Age, Palaestrio, bono animo es.

PALAESTRIO.

Eheu! nequeo quin fleam,

Quom abs te abeam.

PYRGOPOLINICES.

Fer aequo animo.

PALAESTRIO.

Scio ego, quid doleat mihi.

PHILOCOMASIUM.

Sed quid hoc? quae res? quid video? Lux salve.

---

dere existimabantur. Peregre abituri praesertim *Lares viales* invocabant. v. Merc. V, 2, 23.

1325 *Bene, quaeso, inter vos* etc. *Bene dicere* valet bene precari. Contrarium est *maledicere* i. e. imprecari.

1328. *Sed quid hoc? quae res?* Philocomasium, tanquam ad se rediens, haec loquitur, quod solemne iis, qui ex deliquio animi sibi restituuntur. *Lux salve!* Quam, animo defecta, adspicere desieram.

PLEUSIDES.

Jam resipisti?

PHILOCOMASIUM.

Obsecro, quem amplexa sum Hominem? Perii! Sumne ego apud me?

PLEUSIDES.

Ne time, voluptas mea.

PYRGOPOLINICES.

Quid istuc est negotii?

PALAESTRIO.

Animus hanc modo hic reliquerat.
Metuoque et timeo, ne hoc tandem propalam fiat nimis.

PYRGOPOLINICES.

Quid id est?

1329. *Jam resipisti?* Jamne ad te rediisti?

1331. *Animus hanc modo hic reliquerat.* Palaestrio Pleusidis inconsideratum sermonem, quo nimis aperte amorem suum erga Philocomasium prodiderat, corrigere nunc conatur.

PALAESTRIO.

Nos secundum ferre nunc per vrbem haec omnia,
Ne quis hoc tibi vitio vortat.

PYRGOPOLINICES.

Mea, non illorum dedi;
Parvi ego illos facio: agite, ite cum diis benevolentibus,

1353. *Nos secundum ferre nunc* etc. Audierat Miles, quae Palaestrio, submissa voce, vt spectatores tantum audirent, dicere voluerat; ideo horum verborum alium sensum excogitat, qui omni careat suspicione. *Secundum ferri* dicuntur, quae a servis sectatoribus feruntur; ipsique pueri a pedibus *secundum ire.* Amph. II, 1, 1. *Age, i tu secundum.*

1354. *Vitio vortat.* Pro vitio habeat, criminis loco objiciat. v. Capt. II, 2, 9. Epid. I, 2, 5. Horat. Sat. I, 6, 85.

1355. *Ite cum diis benevolentibus.* Sermo euntibus bene precantis et bene ominantis. Pers. III, 1, 4. *Sequere hac, mea gnata, me cum diis volentibus.* Ennius ap. Cic. de Offic. I, 48. *Dono ducite, doque volentibu' cum magnis diis.*

PALAESTRIO.

Tua ego hoc caussa dico.

PYRGOPOLINICES.

Credo.

PALAESTRIO.

Jam vale.

PYRGOPOLINICES.

Et tu bene vale.

PALAESTRIO.

Ite cito: iam ego assequar vos; cum hero pauca etiam loquar.
Quanquam alios fideliores semper habuisti tibi
Quam me, tamen tibi habeo magnam gratiam rerum omnium:
Et si ita sententia esset, tibi servire mavelim
Multo, quam alii libertus esse.

1338. *Quanquam alios fideliores* etc. Ludit Palaestrio, servi fidelissimi personam agens, Militem. Abeunt autem Pleusides et Philocomasium.

1340. *Si ita sententia esset.* Si ita velles, si ita tibi in animo esset constitutum. *Ex sententia* pro ex voto, familiare Terentio.

PYRGOPOLINICES.

Habe bonum animum.

PALAESTRIO.

Hau mihi!

Cum venit in mentem, mores vt mihi mutandi sient,

Discendi muliebres, obliviscendi ftratiotici.

PYRGOPOLINICES.

Fac fis frugi.

PALAESTRIO.

Jam non poffum, amifi omnem libidinem.

1342. *Cum venit in mentem.* Vid. Not. ad Terent. Eun. II, 2, 2.

1343. *Discendi muliebres* etc. *Mores ftratiotici* funt mores militares. Difcedit enim a Milite ferviturus mulieribus. Terent. Andr. I, 2, 28. *Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores poftulat.* Zenobius: ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα.

1344. *Fac fis frugi. Frugi effe* erat formula, qua fervi proprie laudabantur. Latet autem hic jocus. Miles enim hortabatur Palaeftrionem, vt bene fe gereret: ille autem, tanquam de Venere loqueretur, refpondet, non poffe fe: amififfe

PYRGOPOLINICES.

I, sequere illos; ne morere.

PALAESTRIO.

Bene vale.

PYRGOPOLINICES.

Et tu bene vale.

PALAESTRIO.

Quaeso, vt memineris, si forte liber fieri occeperim,
Mittam nuncium ad te, ne me deseras.

PYRGOPOLINICES.

Non est meum.

PALAESTRIO.

Cogitato identidem, tibi quam fidelis fuerim.

---

se omnem libidinem. Fuit autem Romae *Venus Frugi*, cuius templum *Frucinal* s. *Fruginal*, quam Veteres honestis amoribus praesidere credebant.

1347. *Non est meum.* Non est mea natura, hoc non situm est in me sc. bene meritos deserere. Nos: *Das ist nicht meine Sache.* Asin. I, 3, 37. *Nunc quia nihil habes, maledictis tu eum ductare postulas. Arg. Non meum est.* Ter. Heaut. IV, 2, 38. *Meum non est mentiri* Pseud. I, 5, 68. *Meum est negare* i. e. convenit meis negotiis.

Si id facies, tum demum ſcibis, tibi qui bonus ſit, qui malus.

PYRGOPOLINICES.

Scio, et perſpexi ſaepe: verum cum antehac, tum hodie maxume.

PALAESTRIO.

Scies: imo hodie verum factum faxo poſt dices magis.

PYRGOPOLINICES.

Vix reprimor, quin te manere jubeam.

PALAESTRIO.

Cave iſtuc feceris.

1349. *Scibis.* Scies.

1351. *Imo hodie verum* etc. Quaſi corrigens praecedens *ſcies*, imo, inquit, hoc ipſo die fecero, vt poſthac dicas magis, id verum factum eſſe ſc. me tibi fidelem fuiſſe. Imo experietur, nihil infidelius illo illi ſervo vnquam fuiſſe.

1352. *Cave iſtuc faxis.* Vide, quantum ſe in diſcrimen conjecerit Palaeſtrio, dum ſe nimis liberalem in Militem facit.

Dicent te mendacem, nec verum esse, fide nulla esse te:
Dicant servorum praeter me esse fidelem neminem.
Nam si honeste censeam te facere posse, suadeam:
Verum non potest; cave faxis.

PYRGOPOLINICES.

Abi, iam patiar quicquid est.

PALAESTRIO.

Bene vale igitur.

PYRGOPOLINICES.

Ire melius est strenue.

PALAESTRIO.

Etiam nunc vale.

PYRGOPOLINICES.

Ante hoc factum hunc sum arbitratus semper servom pessumum:
Eum fidelem mihi esse invenio. Cum egomet mecum cogito,

1353. *Verum.* Veracem, veridicum. Ter. Andr. II, 5. 12. *Sum verus?*

Stulte feci, qui hunc amisi. Ibo hinc intro 1361
nunc iam
Ad amores meos. Et iam sensi, hinc sonitum
fecerunt fores.

SCENA IX.

PUER. PYRGOPOLINICES.

Invitat Puer Periplectomenis, quasi sit ab Acroteleutio missus, Militem ad introeundum in domum amasiae.

PUER.

Ne me moneatis: memini ego officium meum.
Ego iam conveniam illunc, vbi vbi est gentium.
Investigando ego operae non parcam meae.

1360. *Amisi.* A me missum feci.

1362. *Ne me moneatis.* Haec puer ad eos, qui eum e domo miserant, vt Militem arcesseret.

1363. *Ego iam conveniam* etc. Haec dicit, vt audire posset Miles. *Vbi vbi est gentium.* Vbicunque est gentium.

1364 *Investigando ego* etc. Omnem adhibebo operam, vt investigem, vt inveniam. Ter. Hec II, 1, 29. *Meo labori haud parcens.* *Parcere* est *non vti.* v. Heyne ad Tibull. I, 2, 33.

PYRGOPOLINICES.

1365. Me quaerit illic, ibo huic puero obviam.

PUER.

Ehem te quaero: salve, vir lepidissume,
Cumulate commoditate: praeter ceteros
Duo di quem curant.

PYRGOPOLINICES.

Qui duo?

PUER.

Mars et Venus.

PYRGOPOLINICES.

Facetum puerum.

PUER.

Intro te vt eas obsecrat.

1365. *Illic.* Ille.

1367. *Cumulate commoditate.* Cui omnia commode et ex animi sententia procedunt. *Praeter ceteros duo di* etc. Cui praeter ceteros duo praesertim di sunt propitii.

1368. *Mars et Venus.* Propter fortitudinem et pulchritudinem.

1369. *Obsecrat.* Ea sc. quam probe nosti. Non nominare eam vult Puer.

Te volt, te quaerit, tequè exſpectans deperit:
Amanti fer opem: quid ſtas? quin intro is?

PYRGOPOLINICES.

Eo.

PUER.

Ipſus illic ſeſe iam impedivit in plagas.
Parátae inſidiae ſunt. In ſtatu ſtat ſenex,
Vt adoriatur moechum, qui forma eſt ferox:
Qui omnes ſe amare credit, quaeque aſpexerit,
Mulieres, eum odere qua viri, qua mulieres,
Nunc in tumultum ibo: intus clamorem audio.

1370. *Teque exſpectans deperit.* Te exſpectando moritur.

1372. *Ipſus illic ſeſe* etc. Donatus ad Ter. Andr. III, 5, 11. *Impeditus* eſt proprie, qui ita pedes habet alligatos, vt progredi non poſſit.

1373. *In ſtatu ſtat ſenex.* Alludit ad modum, quo gladiatores ſe componebant et colligebant in arma, inſigni cura ſui defendendi, alterius petendi: quam ex arte poſituram vocant *ſtatum.* v. Lipſ. Saturn. II, 20.

1374. *Forma ferox.* Forma elatus et ſuperbus.

1375. *Qui omnes ſe amare credit* etc. Qui ab omnibus mulieribus ſe amari credit, quaecunque eum adſpexerint.

ACTUS QUINTUS.

PERIPLECTOMENES. PYRGOPOLINICES. CARIO. SCELEDRUS.

Miles, in retia sibi posita impeditus, vt in adulterio deprehensus, tractatur.

PERIPLECTOMENES.

Ducite istum: si non sequitur, rapite sublimem foras:
Facite inter terram atque coelum, vt medius sit: discindite.

PYRGOPOLINICES.

Obsecro hercle, Periplectomene, te.

1378. *Rapite sublimem foras.* *Sublimes rapi* solebant, qui cum violentia quadam ita abripiebantur, vt terram non contingerent. Ter. Andr. V, 2, 20. *Sublimem huc intro rape, quantum potes.* Cf. Virg. Aen. V, 254 et Ter. Adelph. III, 2, 18. — De poenis vero adulterorum v. Henninius ad Juven. Sat. X, 312. Interpp. ad Terent. Eun. V, 5, 15. Meursius Them. Attic. I, 4. et Schol. Aristoph. ad Nub. 1079.

1379. *Facite inter terram etc.* Ἐπεξήγησις τοῦ *rapite sublimem foras.* *Discindite.* Dilacerate verberibus. Servorum poena erat nudi latera et pendentes caedi flagris.

PERIPLECTOMENES.

Nequicquam hercle obsecras.

Vide, vt istic tibi sit acutus, Cario, culter probe.

CARIO.

Quin iamdudum gestit moecho hoc abdomen adimere,

Vt faciam quasi puero in collo pendeant crepundia.

PERIPLECTOMENES.

Perii!

CARIO.

Haud etiam, numero hoc dicis. Jam in hominem involo?

1382. *Gestit.* Cf. supra vs. 8. *Abdomen.* Penem, caudam salacem. v. Horat. Sat. I, 2, 45. *Quin etiam illud Accidit, vt quidam testes caudamque salacem Demeteret ferro.*

1383. *Vt faciam quasi puero* etc. Vt faciam ei pendere abdomen in collo, quemadmodum pueris pendent in collo crepundia. Sunt autem *crepundia* (Graec. τὰ σπάργανα vel ἀθύρματα) ludibria quaedam puerorum, a crepando dicta, e collo eorum pendentia, quorum crepitu a lacrymis et ploratu prohibentur.

1384. *Haud etiam.* Nondum periisti. *Numero hoc dicis.* Praemature, nimium cito hoc

PERIPLECTOMENES.

Imo etiam prius verberetur fustibus.

CARIO.

Multum quidem.

PERIPLECTOMENES.

Cur es ausus subagitare alienam vxorem, impudens?

PYRGOPOLINICES.

Ita me dii ament, vltro ventum est ad me.

PERIPLECTOMENES.

Mentitur: feri.

PYRGOPOLINICES.

Mane, dum narro.

---

dicis. Casin. III. 5. 21. *Nimium saevis.* Stal. *Numero dicis*, i. e. nimium cito, vt explicat Mercerius. *Jam in hominem involo?* Num tu vis, vt jam in hominem invadam, et ei penem abscindam? Ter. Eun. V, 2, 20. *Vix me contineo, quin involem in Capillum.*

1386. *Subagitare.* Nequiter et per lasciviam attrectare: Italis, *Strappazzare una donna.* Merc. I, 2, 90.

1387. *Vltro ventum est ad me.* Bene impersonaliter, vt de muliere vel alio quocunque intelligi possit.

1388. *Mane, dum narro.* Exspecta, dum narravero. *Lass mich nur erst erzählen.*

PERIPLECTOMENES.

Quid ceſſatis?

PYRGOPOLINICES.

Non licet mihi dicere?

PERIPLECTOMENES.

Dic.

PYRGOPOLINICES.

Oratus ſum, huc venire ad te.

PERIPLECTOMENES.

Quare auſus? Hem tibi!

PYRGOPOLINICES.

Oh hei! Sum ſatis verberatus, obſecro.

CARIO.

Quam mox ſeco?

PERIPLECTOMENES.

Vbi lubet. Diſtendite hominem divorſum, et diapennite.

1389. *Quare auſus?* Sc. venire. *Hem tibi!* Sermo verberantis. Aſin. II, 4, 25. *Hem ergo, hoc tibi!* Curcul. I, 3, 39. *Hem tibi maledictis pro iſtis dictis moderari vt queas.*

1390. *Quam mox ſeco?* *Schneid' ich denn nicht bald los?*

1391. *Dispennite.* Dispendite, ita multis partibus affigite, vt reluctari nequeat.

PYRGOPOLINICES.

Obsecro hercle te, mea verba vt andias, priusquam secer.

PERIPLECTOMENES.

Loquere; nondum nihili factus.

PYRGOPOLINICES.

Viduam esse censui;
Itaque ancilla, conciliatrix quae erat, dicebat mihi.

PERIPLECTOMENES.

Jura, te nocituram esse homini nunc hac de re nemini,
Quod tu hodie hic verberatus, aut quod verberabere,

1393. *Nondum nihili factus.* Nondum eviratus, seu castratus es. Ex hoc loco intelligere licet, castratos et eunuchos et spadones et similes, qui virilitatem, seu (vt Phaedrus loquitur III, 11, 8.) *corpus* amiserunt, esse *homines nihili*. *Viduam esse censui.* Ter. Eun. V, 2, 17. *An paullum hoc esse tibi videtur, virginem vitiare civem? Chaer. Conservam esse credidi.*

1394. *Conciliatrix.* Proprie. *Concilio* in re lenocinii vsurpant etiam Petronius C. 112 et 127, aliique: vnde et *conciliatrix* pro *adductrice* i. e. lena seu stupri sequestra, Comicis frequentata.

Si te salvom hinc mittimus ire Venereum nepotulum.

PYRGOPOLINICES.

Jure per Dionam et Martem, me nociturum nemini,
Quod ego hic hodie vapulo: sed mihi id aeque factum arbitror.
Et si intestatus non abeo, bene agitur pro noxia.

1397. *Venereum nepotulum.* Ad irridendum Militem, qui se saepius Veneris nepotem pronunciaverat, haec dicta sunt.

1398. *Jure per Dionam et Martem.* *Dione*, Veneris mater, pro Venere ipsa. Et post verbera et verba ignominiosa retinet adhuc putidus iste moechus arrogantem praesumtionem pulchritudinis et fortitudinis, eaque propter per Deos, earum praesides, jurare pergit.

1400. *Intestatus.* Ludit in ambiguo significatu verbi *intestatus* et *intestabilis*. Potest enim accipi pro eo, qui testiculis privatus est, et qui propter fraudem aliquam capitalem, quam admisit, neque testis alteri esse, neque testes in sua re adhibere, neque testamentum facere potest. *Testas* etiam ambiguo significatu Amph. II, 2, 198.

PERIPLECTOMENES.

Quid ſi id non faxis?

PYRGOPOLINICES.

Vt vivam ſemper inteſtabilis.

CARIO.

Verberetur etiam, poſt tibi amittendum cenſeo.

PYRGOPOLINICES.

Dii tibi benefaciant ſemper, cum advocatus mihi bene es.

CARIO.

Ergo des minam auri nobis.

PYRGOPOLINICES.

Quamobrem?

CARIO.

Salvis teſtibus
Vt te hodie hinc amittamus Venereum nepotulum;

1402. *Verberetur etiam, poſt* etc. *So prügelt ihn noch einmal durch, und dann, dächt' ich, ließt ihr ihn laufen.* *Amittendum.* Miſſum faciendum, abſolvendum.

1403 *Advocatus.* Amicus, frequenti in Comoediis ſignificatione. v. Weſterhov. ad Ter. Eun. II, 3, 48.

Aliter hinc a nobis — Ne sis frustra.

PYRGOPOLINICES.

Dabitur.

CARIO.

Magis sapis?

De tunica, et chlamyde, et machaera ne quid speres, non feres.

Verberone etiam, antequam amittis?

PYRGOPOLINICES.

Mitis sum equidem fustibus.

Obsecro vos.

1406. *Aliter hinc a nobis* — Oratio inter minas imperfecta: intell. autem *non abibis*. *Ne sis frustra.* Ne decipiaris, ne erres. *Frustra esse* pro decipi, errare frequentiss. Plauto.

1407. *Non feres.* Non auferes, non recuperabis.

1408. *Verberone etiam, antequam amittis?* Visne, Periplectomene, vt etiam vapulet, priusquam eum missum facis? Et est venusta allusio in *mittis* et *mitis*, quod hic positum pro eo, quem Graeci dicunt πέπονα. Ita de lenone colaphis contuso Ter. Adelph. II, 4, 12. *Jam mitis est.* *Amittere* pro a se dimittere, more Plautino.

Dicent te mendacem, nec verum eſſe, fide nulla eſſe te:
Dicant ſervorum praeter me eſſe fidelem neminem.
Nam ſi honeſte cenſeam te facere poſſe, ſuadeam:
Verum non poteſt; cave faxis.

PYRGOPOLINICES.

Abi, iam patiar quicquid eſt.

PALAESTRIO.

Bene vale igitur.

PYRGOPOLINICES.

Ire melius eſt ſtrenue.

PALAESTRIO.

Etiam nunc vale.

PYRGOPOLINICES.

Ante hoc factum hunc ſum arbitratus ſemper ſervom peſſumum:
Eum fidelem mihi eſſe invenio. Cum egomet mecum cogito,

1353. *Verum.* Veraçem, veridicum. Ter. Andr. II, 5, 12. *Sum verus?*

Stulte feci, qui hunc amisi. Ibo hinc intro nunc iam
Ad amores meos. Et iam sensi, hinc sonitum fecerunt fores.

SCENA IX.

PUER. PYRGOPOLINICES.

Invitat Puer Periplectomenis, quasi sit ab Acroteleutio missus, Militem ad introeundum in domum amasiae.

PUER.

Ne me moneatis: memini ego officium meum.
Ego iam conveniam illunc, vbi vbi est gentium.
Investigando ego operae non parcam meae.

1360. *Amisi.* A me missum feci.

1362. *Ne me moneatis.* Haec puer ad eos, qui eum e domo miserant, vt Militem arcesseret.

1363. *Ego iam conveniam* etc. Haec dicit, vt audire posset Miles. *Vbi vbi est gentium.* Vbicunque est gentium.

1364 *Investigando ego* etc. Omnem adhibebo operam, vt investigem, vt inveniam. Ter. Hec II, 1, 29. *Meo labori haud parcens. Parcere* est *non vti.* v. Heyne ad Tibull. I, 2, 33.

PYRGOPOLINICES.

Me quaerit illic, ibo huic puero obviam.

PUER.

Ehem te quaero: salve, vir lepidissume,
Cumulate commoditate: praeter ceteros
Duo di quem curant.

PYRGOPOLINICES.

Qui duo?

PUER.

Mars et Venus.

PYRGOPOLINICES.

Facetum puerum.

PUER.

Intro te vt eas obsecrat.

1365. *Illic.* Ille.

1367. *Cumulate commoditate.* Cui omnia commode et ex animi sententia procedunt. *Praeter ceteros duo di* etc. Cui praeter ceteros duo praesertim di sunt propitii.

1368. *Mars et Venus.* Propter fortitudinem et pulchritudinem.

1369. *Obsecrat.* Ea sc. quam probe nosti. Non nominare eam vult Puer.

Te volt, te quaerit, teque exspectans deperit:
Amanti fer opem: quid stas? quin intro is?

PYRGOPOLINICES.

Eo.

PUER.

Ipsus illic sese iam impedivit in plagas.
Paratae insidiae sunt. In statu stat senex,
Vt adoriatur moechum, qui forma est ferox:
Qui omnes se amare credit, quaeque aspexerit,
Mulieres, eum odere qua viri, qua mulieres,
Nunc in tumultum ibo: intus clamorem audio.

1370. *Teque exspectans deperit.* Te exspectando moritur.

1372. *Ipsus illic sese* etc. Donatus ad Ter. Andr. III, 5, 11. *Impeditus* est proprie, qui ita pedes habet alligatos, vt progredi non possit.

1373. *In statu stat senex.* Alludit ad modum, quo gladiatores se componebant et colligebant in arma, insigni cura sui defendendi, alterius petendi: quam ex arte posituram vocant *statum.* v. Lips. Saturn. II, 20.

1374. *Forma ferox.* Forma elatus et superbus.

1375. *Qui omnes se amare credit* etc. Qui ab omnibus mulieribus se amari credit, quaecunque eum adspexerint.

ACTUS QUINTUS.

PERIPLECTOMENES. PYRGOPOLINICES. CARIO. SCELEDRUS.

Miles, in retia sibi posita impeditus, vt in adulterio deprehensus, tractatur.

PERIPLECTOMENES.

Ducite istum: si non sequitur, rapite sublimem foras:
Facite inter terram atque coelum, vt medius sit: discindite.

PYRGOPOLINICES.

Obsecro hercle, Periplectomene, te.

1378. *Rapite sublimem foras.* *Sublimes rapi* solebant, qui cum violentia quadam ita abripiebantur, vt terram non contingerent. Ter. Andr. V, 2, 20. *Sublimem huc intro rape, quantum potes.* Cf. Virg. Aen. V, 254. et Ter. Adelph. III, 2, 18. — De poenis vero adulterorum v. Henninius ad Juven. Sat. X, 312. Interpp. ad Terent. Eun. V, 5, 15. Meursius Them. Attic. I, 4. et Schol. Aristoph. ad Nub. 1079.

1379. *Facite inter terram etc.* Ἐπεξήγησις τοῦ *rapite sublimem foras.* *Discindite.* Dilacerate verberibus. Servorum poena erat nudi latera et pendentes caedi flagris.

PERIPLECTOMENES.

Nequicquam hercle obſecras.
Vide, vt iſtic tibi ſit acutus, Cario, culter probe.

CARIO.

Quin iamdudum geſtit moecho hoc abdomen adimere,
Vt faciam quaſi puero in collo pendeant crepundia.

PERIPLECTOMENES.

Perii!

CARIO.

Haud etiam, numero hoc dicis. Jam in hominem involo?

1382. *Geſtit.* Cf. ſupra vſ. 8. *Abdomen.* Penem, caudam ſalacem. v. Horat. Sat. I, 2, 45. *Quin etiam illud Accidit, vt quidam teſtes caudamque ſalacem Demeteret ferro.*

1383. *Vt faciam quaſi puero* etc. Vt faciam ei pendere abdomen in collo, quemadmodum pueris pendent in collo crepundia. Sunt autem *crepundia* (Graec. τὰ σπάργανα vel ἀθύρματα) ludibria quaedam puerorum, a crepando dicta, e collo eorum pendentia, quorum crepitu a lacrymis et ploratu prohibentur.

1384. *Haud etiam.* Nondum periiſti. *Numero hoc dicis.* Praemature, nimium cito hoc

PERIPLECTOMENES.

Imo etiam prius verberetur fustibus.

CARIO.

Multum quidem.

PERIPLECTOMENES.

Cur es ausus subagitare alienam vxorem, impudens?

PYRGOPOLINICES.

Ita me dii ament, vltro ventum est ad me.

PERIPLECTOMENES.

Mentitur: feri.

PYRGOPOLINICES.

Mane, dum narro.

---

dicis. Casin. III. 5. 21. *Nimium saevis.* Stal. *Numero dicis*, i. e. nimium cito, vt explicat Mercerius. *Jam in hominem involo?* Num tu vis, vt jam in hominem invadam, et ei penem abscindam? Ter. Eun. V. 2. 20. *Vix me contineo, quin involem in Capillum.*

1386. *Subagitare.* Nequiter et per lasciviam attrectare: Italis, *Strappazzare una donna.* Merc. I. 2. 90.

1387. *Vltro ventum est ad me.* Bene impersonaliter, vt de muliere vel alio quocunque intelligi possit.

1388. *Mane, dum narro.* Exspecta, dum narravero. *Lass mich nur erst erzählen.*

PERIPLECTOMENES.

Quid ceſſatis?

PYRGOPOLINICES.

Non licet mihi dicere?

PERIPLECTOMENES.

Dic.

PYRGOPOLINICES.

Oratus ſum, huc venire ad te.

PERIPLECTOMENES.

Quare auſus? Hem tibi!

PYRGOPOLINICES.

Oh hei! Sum ſatis verberatus, obſecro.

CARIO.

Quam mox ſeco?

PERIPLECTOMENES.

Vbi lubet. Diſtendite hominem divorſum, et diſpennite.

1389. *Quare auſus?* Sc. venire. *Hem tibi!* Sermo verberantis. Aſin. II, 4, 25. *Hem ergo, hoc tibi!* Curcul. I, 3, 39. *Hem tibi maledictis pro iſtis dictis moderari vt queas.*

1390. *Quam mox ſeco? Schneid' ich denn nicht bald los?*

1391. *Diſpennite.* Diſpendite, ita multis partibus affigite, vt reluctari nequeat.

PYRGOPOLINICES.

Obsecro hercle te, mea verba vt audias, priusquam secer.

PERIPLECTOMENES.

Loquere; nondum nihili factus.

PYRGOPOLINICES.

Viduam esse censui;
Itaque ancilla, conciliatrix quae erat, dicebat mihi.

PERIPLECTOMENES.

Iura, te nociturum esse homini nunc hac de re nemini,
Quod tu hodie hic verberatus, aut quod verberabere,

1393. *Nondum nihili factus:* Nondum eviratus, seu castratus es. Ex hoc loco intelligere licet, castrates et eunuchos et spadones et similes, qui virilitatem, seu (vt Phaedrus loquitur III, 11, 3.) *corpus* amiserunt, esse *homines nihili.* *Viduam esse censui.* Ter. Eun. V, 2, 17. *An paullum hoc esse tibi videtur, virginem vitiare civem? Chaer. Conservam esse credidi.*

1394. *Conciliatrix.* Proprie. *Concilio* in re lenocinii vsurpant etiam Petronius C. 112 et 127, aliique: vnde et *conciliatrix* pro *adductrice* i. e. lena seu stupri sequestra, Comicis frequentata.

Si te salvom hinc mittimus ire Venereum nepotulum.

Pyrgopolinices.

Juro per Dionam et Martem, me nociturum nemini,
Quod ego hic hodie vapulo: sed mihi id aeque factum arbitror.
Et si intestatus non abeo, bene agitur pro noxia.

1397. *Venereum nepotulum.* Ad irridendum Militem, qui se saepius Veneris nepotem pronunciaverat, haec dicta sunt.

1398. *Juro per Dionam et Martem.* *Diona*, Veneris mater, pro Venere ipsa. Et post verbera et verba ignominiosa retinet adhuc putidus iste moechus arrogantem praesumtionem pulchritudinis et fortitudinis, eaque propter per Deos, earum praesides, jurare pergit.

1400. *Intestatus.* Ludit in ambiguo significatu verbi *intestatus* et *intestabilis.* Potest enim accipi pro eo, qui testiculis privatus est, et qui propter fraudem aliquam capitalem, quam admisit, neque testis alteri esse, neque testes in sua re adhibere, neque testamentum facere potest. *Testes* etiam ambiguo significatu Amph. II, 2, 198.

PERIPLECTOMENES.

Quid si id non faxis?

PYRGOPOLINICES.

Vt vivam semper intestabilis.

CARIO.

Verberetur etiam, post tibi amittendum censeo.

PYRGOPOLINICES.

Dii tibi benefaciant semper, cum advocatus mihi bene es.

CARIO.

Ergo des minam auri nobis.

PYRGOPOLINICES.

Quamobrem?

CARIO.

Salvis testibus

Vt te hodie hinc amittamus Venereum nepotulum:

1402. *Verberetur etiam, post* etc. *So prügelt ihn noch einmal durch, und dann, dächt' ich, liesst ihr ihn laufen. Amittendum.* Missum faciendum, absolvendum.

1403 *Advocatus.* Amicus, frequenti in Comoediis significatione. v. Westerhov. ad Ter. Eun. II, 3. 48.

Aliter hinc a nobis — Ne sis frustra.

PYRGOPOLINICES.

Dabitur.

CARIO.

Magis sapis?
De tunica, et chlamyde, et machaera ne quid speres, non feres.
Verberone etiam, antequam amittis?

PYRGOPOLINICES.

Mitia sum equidem fustibus.
Obsecro vos.

1406. *Aliter hinc a nobis* — Oratio inter minas imperfecta: intell, autem *non abibis*. *Ne sis frustra*. Ne decipiaris, ne erres. *Frustra esse* pro decipi, errare frequentiss. Plauto.

1407. *Non feres.* Non auferes, non recuperabis.

1408. *Verberone etiam, antequam amittis?* Visne, Periplectomene, vt etiam vapulet, priusquam eum missum facis? Et est venusta allusio in *mittis* et *mitis*, quod hic positum pro eo, quem Graeci dicunt πέπονα. Ita de lenone colaphis contuso Ter. Adelph. II, 4, 12. *Jam mitis est.* *Amittere* pro a se dimittere, more Plautino.

PERIPLECTOMENES.

Solvite istum.

PYRGOPOLINICES.

Gratiam habeo tibi.

PERIPLECTOMENES.

Si posthac prehendero ego ted hic, arcebo testibus.

PYRGOPOLINICES.

Caussam haud dico.

PERIPLECTOMENES.

Eamus intro, Cario.

PYRGOPOLINICES.

Servos meos

1410. *Arcebo tastibus.* Coërcebo testiculis.

1411. *Caussam haud dico.* Intell. quin hic arceat testibus, i. e. Non veto, non recuso, nullus intercedo, quin arceat. Capt. III, 4, 92. *Hoc si secus reperies, nullam causam dico, quin mihi Et parentum et libertatis apud te deliquio sit.* Cas. V, 4, 23. *si ego unquam adeo posthac tale admisero, Nulla causa est, quin pendentem me, uxor, virgis verberes.* Aul. IV, 10, 25. *Ego quia sum tangere ausus, haud causificor, quin eam Ego habeam potissimum.* Terent. Phorm. II, 1, 42. *Non causam dico, quin quod meritus est, ferat.*

Eccos video. Philocomasium iam profecta est? Dic mihi.

SCELEDRUS.

Jam dudum.

PYRGOPOLINICES.

Hei mihi!

SCELEDRUS.

Magis id dicas, si scias, quod ego scio!
Namque illic, qui lanam ob oculum habebat, nauta non erat.

PYRGOPOLINICES.

Quis erat igitur?

SCELEDRUS.

Philocomasio amator.

PYRGOPOLINICES.

Qui tu scis?

SCELEDRUS.

Scio.
Nam postquam exierunt porta, nihil cessarunt illico
Osculari atque amplexari inter se.

PYRGOPOLINICES.

Vae misero mihi!

1413. *Magis id dicas.* Sc. hei mihi.

Verba mihi data eſſe video. Scelus viri Palaeſtrio!
Is me in hanc illexit fraudem. Jure factum iudico,
Si ſic aliis moechis fiat, minus hic moechorum fiet:
Magis metuant, minus has res ſtudeant. Eamus ad me! Plaudite!

1418. *Scelus viri Palaeſtrio.* Palaeſtrio, homo ſceleratus, vt Truc. II, 7, 59. Hac phraſi vix alia noſtro Comico vſitatior. Perſ. II, 2, 10. 35. *Scelus pueri.* Neque diſſentanea ratione idem alibi: *deliciae pueri, monſtrum, flagitium hominis.* Cf. Virg. Aen. XI, 406. Sophocl. Philoct. 622, et Parei Mantiſſa p. 4 et 65.

1421. *Minus has res ſtudent.* Verbum *ſtudere* junxit cum accuſ. caſu, vt et Cicero aliquoties et tunc ſignificat *cupere, velle.* Cic. Phil. VI, 18. *Vnum ſentitis omnes, vnum ſtudetis.* Ter. Hec II, 1, 2. *Vt omnes mulieres aeque ſtudeant, nolintque omnia.* *Plaudite.* Hoc verbo, peracta fabula, ſpectatores dimittebantur. Quinctil. Inſtit. VI, 1. *Tunc eſt commovendum theatrum, cum ventum eſt ad ipſum illud, quo veteres Tragoediae Comoediaeque clauduntur, Plaudite.*



PERIPLECTOMENES.

Quid ſi id non faxis?

PYRGOPOLINICES.

Vt vivam ſemper inteſtabilis.

CARIO.

Verberetur etiam, poſt tibi amittendum cenſeo.

PYRGOPOLINICES.

Dii tibi benefaciant ſemper, cum advocatus mihi bene es.

CARIO.

Ergo des minam auri nobis.

PYRGOPOLINICES.

Quamobrem?

CARIO.

Salvis teſtibus
Vt te hodie hinc amittamus Venereum nepotulum:

1402. *Verberetur etiam, poſt* etc. *So prügelt ihn noch einmal durch, und dann, dächt' ich, liefst ihr ihn laufen. Amittendum.* Miſſum faciendum, abſolvendum.

1403 *Advocatus.* Amicus, frequenti in Comoediis ſignificatione. v. Weſterhov. ad Ter. Eun. II, 3. 48.

Aliter hinc a nobis — Ne sis frustra.

PYRGOPOLINICES.

Dabitur.

CARIO.

Magis sapis?

De tunica, et chlamyde, et machaera ne quid speres, non feres.

Verberone etiam, antequam amittis?

PYRGOPOLINICES.

Mitis sum equidem fustibus.

Obsecro vos.

1406. *Aliter hinc a nobis* — Oratio inter minas imperfecta: intell. autem *non abibis.* *Ne sis frustra.* Ne decipiaris, ne erres. *Frustra esse* pro decipi, errare frequentiss. Plauto.

1407. *Non feres.* Non auferes, non recuperabis.

1408. *Verberone etiam, antequam amittis?* Visne, Periplectomene, vt etiam vapulet, priusquam eum missum facis? Et est venusta allusio in *mittis* et *mitis*, quod hic positum pro eo, quem Graeci dicunt πέπονα. Ita de lenone colaphis contuso Ter. Adelph. II, 4, 12. *Jam mitis est.* *Amittere* pro a se dimittere, more Plautino.

PERIPLECTOMENES.

Solvite istum.

PYRGOPOLINICES.

Gratiam habeo tibi.

PERIPLECTOMENES.

Si posthac prehendero ego ted hic, arcebo testibus.

PYRGOPOLINICES.

Caussam haud dico.

PERIPLECTOMENES.

Eamus intro, Cario.

PYRGOPOLINICES.

Servos meos

1410. *Arcebo testibus.* Coërcebo testiculis.

1411. *Caussam haud dico.* Intell. quin hic arcear testibus, i. e. Non veto, non recuso, nullus intercedo, quin arceat. Capt. III, 4, 92. *Hoc si secus reperies, nullam causam dico, quin mihi Et parentum et libertatis apud te deliquio sit.* Cas. V, 4, 23. *si ego unquam adeo posthac tale admisero, Nulla causa est, quin pendentem me, uxor, virgis verberes.* Aul. IV, 10, 25. *Ego quia sum tangere ausus, haud causificor, quin eam Ego habeam potissimum.* Terent. Phorm. II, 1, 42. *Non causam dico, quin quod meritus est, ferat.*

Eccos video. Philocomaſium iam profecta eſt? Dic mihi.

SCELEDRUS.

Jam dudum.

PYRGOPOLINICES.

Hei mihi!

SCELEDRUS.

Magis id dicas, ſi ſcias, quod ego ſcio!
Namque illic, qui lanam ob oculum habebat, nauta non erat.

PYRGOPOLINICES.

Quis erat igitur?

SCELEDRUS.

Philocomaſio amator.

PYRGOPOLINICES.

Qui tu ſcis?

SCELEDRUS.

Scio.
Nam poſtquam exierunt porta, nihil ceſſarunt illico
Oſculari atque amplexari inter ſe.

PYRGOPOLINICES.

Vae miſero mihi!

1413. *Magis id dicas.* Sc. hei mihi.

Verba mihi data eſſe video. Scelus viri Palaeſtrio!

Is me in hanc illexit fraudem. Jure factum iudico,

Si ſic aliis moechis fiat, minus hic moechorum fiet:

Magis metuant, minus has res ſtudeant. Eamus ad me! Plaudite!

1418. *Scelus viri Palaeſtrio.* Palaeſtrio, homo ſceleratus, vt Truc. II, 7, 59. Hac phraſi vix alia noſtro Comico vſitatior. Perſ. II, 2, 10. 35. *Scelus pueri.* Neque diſſentanea ratione idem alibi: *deliciae pueri, monſtrum, flagitium hominis.* Cf. Virg. Aen. XI, 406. Sophocl. Philoct. 622, et Parei Mantiſſa p. 4 et 65.

1421. *Minus has res ſtudent.* Verbum *ſtudere* junxit cum accuſ. caſu, vt et Cicero aliquoties et tunc ſignificat *cupere, velle.* Cic. Phil. VI, 18. *Vnum ſentitis omnes, vnum ſtudetis.* Ter. Hec II, 1, 2. *Vt omnes mulieres aeque ſtudeant, nolintque omnia.* *Plaudite.* Hoc verbo, peracta fabula, ſpectatores dimittebantur. Quinctil. Inſtit. VI, 1. *Tunc eſt commovendum theatrum, cum ventum eſt ad ipſum illud, quo veteres Tragoediae Comoediaeque clauduntur, Plaudite.*

